 vigilantibus Angelus ex caelo Empirico facti  
 nuntium nati Melizæ annuntiat. *Evangelizæ ce-  
 bis gaudium maximum.* Et in quo tantum gaudii  
 consistit? *Quia natus est vobis hodie Salvator*

quidam qui est Christus Dominus Et quid, ut tanti  
 gaudii participes fiant ita gendum? Ad stabulum  
 peccati & vulnere illius considerate, qui paradisi  
 recreat, & corda vestra exiliat, & facies ve-  
 stras iubilant. *Vnus Iesus, ait Beza, uniuersos po-  
 pulos vult iustificare gaudere, unus Iesus iustitia-  
 rum vult iustificare, unus Iesus vult iustitiam tradi-  
 tare, unus Iesus vult iustitiam latuam tradidit.*  
 17. Edicite d. S. Apostoli quis vestras angu-  
 stias in gaudia, vestras afflictiones in solatia, ve-  
 stras moerore in iubilos mutavit? scio, eos, qui  
 redierunt ac gloriosum Redemptorem vide-  
 runt, resposuros. *Gavisi sumus viso Domino.*  
 Dico mihi, & Christiane! aduertatibus hu-  
 manis orbis inuolueris? animum nonnullis aduer-  
 saribus habes turbatum? Cor tuum vel mo-  
 roribus replevit egestas, vel in lectum deiecit ad-  
 versitas valetudo, nec quietem concedit? Sanctos  
 Apolos imitare, oculos tuos in Dominum  
 non coarctare, manibus Crucifixum Redemp-  
 torem arripe, imitare & contemplare membra  
 eius sacra, transfixa, & spiritui recreando,  
 vultu exhilarando, cordi delectando opportu-  
 num erit medium: *Quia gavisi sunt Discipuli  
 viso Domino.* Acque hic nonnihil respicimus.

ALTERA PARS.

Ostendit latus manus, ait Sacer textus, ac dein  
 consequentiam format: Gavisi sunt ergo  
 Discipuli, ac si illorum letitiae effectus nulla ab-  
 alia causa, nisi immediatè à solo conspectu fa-  
 ciei eius vulnere Magistri sui productus fuis-  
 set. *Quia necessitate quodammodo consequentia  
 latus affectus ineffabilis, qui dulcissima dilecti-  
 onis praesentia potitur.* Vulnere Christi rosae erant ver-  
 itates, quae in florido vete Resurrectionis sunt  
 rosae, ac quae in horido humanitatis eius storne-  
 rant, rosae cretae purpureae. *Revera quingue  
 rosae purpureae vulnere Christi assimilari possunt.*  
*1. In ipso Iesu aduersus agrum multas re-  
 medum est.* Odor eius ecclesiarum confortat, in-  
 de & recreant. Non absumitur rosae vernan-  
 tes quingue cicatricum operantur. Experien-  
 tia illi probentur. Servator Discipulos moerori  
 immortales videns, confortativum cordiale ex-  
 tra laetiam vulnere conseruit, confortativum su-  
 per modum porrigit & applicat, dum eis ostendit  
 latus & manus, quibus ostendit ipso statim mo-  
 roribus, non in errore pulso gaudent & exultant  
 rosae sunt. Discipuli viso Domino. *Magna*

quingue rosarum vis ad interiores animi morbos  
 curandos propolens: Cuius devotis cur Cicatrices  
 cicatrices in corpore reseraverit plures causas  
 adferre possem. Modò tamen non nisi paucas  
 adducam.

19. *Ostendit latus & manus.* Rex Arabum *Athenaus*  
 dum vulnere, quae ob suorum amorem ac defen-  
 sionem reculit, ostendit, tantum valuit, ut quili-  
 bet eadem loca in proprio corpore fauciaret,  
 in argumentum reciproci amoris insigebant sibi  
 vulnera similia. Cicatrices Apostolis detexit, ut  
 vices amoris redderent, ac fidem propagaturi fe-  
 ro licitorum caput, corpus, ac membra exponere  
 non metuerent.

20. *Ostendit latus & manus.* Alphonus Lusitanorum  
 Rex ut in praelio fortiter pro fide Christi  
 contra Mauros gesto quingue cicatrices accepit,  
 ex illis regno suo magnam gloriam obtentura  
 aurumans, eas in symbolum delegit, ac litem  
 argenteis eas insignis suis, ut ab omnibus conspici  
 possent, incidit. Noster Servator cum Hebraeis  
 congregitur, *filii Matris meae pugnaverunt  
 contra me,* & dum in campo argenteo suae candi-  
 dae, & innocens humanitatis quingue vulnera  
 reculit ad maiorem gloriam ea Discipulis mon-  
 strat. *Videte manus meas, & pedes meos.*

12. *Ostendit latus & manus.* Ut quam suae  
 gloriose hae plagae, & quanta gloria ab iis ma-  
 nus, pedes, cor, ac totam humanitatem eius  
 detivetur demonstraret. Id ex doctrina Theo-  
 logica Joannis Evangelistae deduco. Hic post-  
 quam de aeterna generatione verbi tractat di-  
 cendo: *In principio erat verbum, & verbum erat  
 apud Deum; Discursum de generatione tempo-  
 rali Christi, eiusque conditionibus, & qualitati-  
 bus subiungit dicens: Et vidimus gloriam eius,  
 gloriam quasi unigeniti à Patre.* Hic de qua glo-  
 ria sit sermo, qualis sit gloria, quam viderunt  
 Apostoli scire velim. Multi gloriam illam, quae  
 in vultum, ac vestes sese diffudit, quando respice-  
 runt facies eius sicut Sol, intelligi volunt. Sed Ru-  
 pertus Abbas per istam gloriam quingue plagas  
 lanceae & clavis incisae intelligit, adeoque docet  
 vulnera illa fuisse gemmas pretiosas, uniones in-  
 estimabiles quae corpori Salvatoris non ignomi-  
 niam, sed gloriam attulerint. *Vidimus gloriam  
 eius. Vidimus in manibus & pedibus eius fixuram  
 clavorum, vidimus, inquam, & inspicimus  
 palparimus, & manus nostrae contracta verum la-  
 tus eius lancea confixum.* Haec Rupertus, ac si  
 ostensione plagarum Discipulos beatificare & ibid.  
 glorificare voluisset.

22. *Ostendit*

Handwritten notes in the right margin, including the word "diab" and other illegible characters.

12. *Ostendit latus & manus:* ut desiderio Thomae, qui velut infidelis dixit, nisi videro & tetigero, & mittam manum meam in latus ejus non credam, satisfaceret. Huic simile Alexandro contigit. Hunc inter limites Macedoniae ac Persiae quadam vice constitutum in terram procubuisse, & brachiis extensis manu dextrâ Macedoniae, sinistra Persiae limites cõplectendo, & hæc, & hæc mea sunt dixisse legitur, quo facto utriusque provinciae possessionem accepit. Thomas in incredulitate lapsus, ad humanitatem ac divinitatem manus extendit; quasi diceret: Et hæc, & hæc mea sunt: id est, & divinitas, & humanitas mea est: Dominus meus, & Deus meus.

21. *Ostendit manus & latus.* Valerius Maximus Romanos, postquam Philippum Macedoniae Regem Græciâ exturbassent, ac sibi libertatem recuperassent, tanto gaudio perfusos fuisse, ut aerem clamoribus replerent, recesserit; his adeo sunt aves percussæ, ut in terram velut mortuæ ceciderint, tantâ alacritate clamoris gaudium calum replerunt, ut aves, quæ de super volabant, paventer deciderint. Thomas à vociferationibus turbatum clamantium, Crucifige, crucifige, quas paucis ante diebus audierat, extra se actus, dum pluribus alius, qui relicto eo fugerunt, procul à Domino suo discessisset, in infidelitatem est lapsus: nisi videro & tetigero, & mittam manum meam in latus ejus non credam: sed gratiosus Magister cum erexit, dum ostendit latus & manus, dicens: Insuper digitum tuum hinc, mitte manum tuam in latus meum. Et hic vaticinium illud verificatum est. Homo cum ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam.

24. *Ostendit latus & manus.* Risu reverâ certum genus piscium in vicinis Fisiæ Insulis Schellingia, & Amclaudia capiendi, excipienda confuerudo est. Hi pisces in vere aerem haustum propè litus emergere solent. Piscator insolito modo se vestit (quo nostrum ævum, dum mundus ad non plus ultra demeritarum attingit, se vestit) ad litus itaque piscator ille se confert, saltat, tripudiat, & choros agit. Pisces ergo innarâ curiositate ducti ad litus natant, illique gesticulationibus ac saltibus se delectari ostendunt: interim piscatores retia expandunt, & dum personatur latram subito deponit, pisces eum hominem esse agnoscent, & si repellantur non fugiunt, sed in retia aguntur, ac piscatorum præda fiunt. Mare mundus est: Hoc mare magnum: Homines sunt pisces: Facies hominis velut pisces Maris. Piscator est Deus: Habitu invenit ut homo formam servi

accipiens, è celo ad virginalem B. Matrem uterum exiit, ex utero venit in mundum, ut dicit S. Ambrosius: *Salva quodam venit in mundum, ut dicit S. Ambrosius: Patrem erat, in Virginem venit: ex Virgine in pro. D. Ambrosio sepe et an silvæ, descendit in Iordanem, ascensum in I. de cruce, descendit in tumulum, & sceler ad Petra, ut & dexteram: Et quamvis non locutus, prodigata. Amen. men patrat: unde factum est, ut monuisti curiali. 18. tate, alii & maxime Discipuli devotione moti cum sequerentur, & sequerentur eum multitudine copiosa, sed subito larvâ depolita se manifestarent in cœnaculo: Videte manus meas, & pedes meos, quia Ego ipse sum: Et ecce Thomas in particulari fugit: Non erat cum eis, quando venit Jesus, de sulcando sive infidelitatis inare dicebat, nisi videro & tetigero, non credam: sed cum rectè humanitatis expanditur personatum quinq; plagis, istud digitum tuum hinc, mitte manum tuam in latus meum, & itatim fit præda Salvatoris: Dominus meus, & Deus meus.*

25. *Ostendit manus & latus.* Isaac cocarticus de moriens auxius hæredat, nec uter fratrum Jacob vel Esau sibi præfens esset cognoscere poterat, sed circò accedere iussit, ut tactu dubium elidete posset. *Accede sibi mi, ut tangam te:* nec hoc medio dubietatem sustulit, sed perplexus dixit: *Vex quidem vox Jacob est, manus autem manus sunt Esau.* Verum Thomas tactu vulnerum omnem animo pepulit ambiguitatem & Humanitatem & Divinitatem agnovit: *Dominus meus, & Deus meus, adeoque cum Davide canere potuit. Dominus exquisivi manus meas, & non sum delictorum. Hic est os aureum: Palpari Thomas se non, & non ipse deceptus, vidit palpari, & cæcus esse deus.*

24. *Ostendit manus & latus.* Cui? A postolo infideli binomino: vocabatur enim Didimus & Thomas. Primum nomen dubietatem, quia Resurrectionem Christi in dubium vertebat, deopertat, alterum abyssum significat: quo induere voluit, Thomam ex dubioso, ac inchoato solo asyrisum scientiæ, quæ nullum dubium admittit, innotatum: hinc humanitatem à divinitate distinctam, ac in personaliitate Magistri divinitatem, ac humanitatem subsistere ac adæquate quidditatem servatoris, nempe quòd Deus sit, & homo, demonstravit: *Dominus meus & Deus meus. Videlicet quætit S. Bernardus: reportatum est oraculum, quod ex foraminibus petra: bona foramina: quæ sunt dem astruunt Resurrectionis, & Christi ascensionem.*

27. *Ostendit manus & latus.* Cor paratum, ac manus cerebratas monstravit. Si consideremus actus

Valerius Max. M. Gabriel Aiguani in Psalm. 50. num. 8. 47. fol. 326. col. 1.

Psal. 36.

Ioan. Boet. Lib. de Insulis Prisci fol. 482.

Psal. 103.

alio, obiectum quidem est rigoris, sed amoris si  
ad passionem referatur. Idcirco nonnulli quæ-  
runt, non rigor amore, vel amor rigore poten-  
tius peccatorem flectendi, ut peccato relicto, vi-  
tam emendat, remedium sit. Methodium mona-  
chum pictorem celeberrimum rigorem adhibuif-  
se, ut Bogarum Bulgarorum Principem ad fidem  
convertere fecit. Christum namque in forma ju-  
venis vultu horrore, ita exstuantem, dexterâ  
iustos suspensâ solentem, Cæcæ demones  
frenâ horrentiâ peccatores terrentes, tertiam ore  
hinc flammas fumantes ac livillantes eructan-  
tem desipiant, & præfatio Principi exhibuit. Quâ  
vâ pictura taurus Duci terror incussus fuit, ut  
statim ad fidem accessit. Terribilis hæc pictura Du-  
cum Bogorum sic perculit, ut Christo nomen dederit,  
omniâ Gentilium ritibus abjuratis. Sed filius Dei  
a morte ad vitam gloriosam ac immortalitatem  
reversus, Thomam quæ infidelitatem rejectâ fidem  
accipere ostensione plagarum (quæ signum sunt  
veritatis) his plagatus sum in domo eorum, qui me  
diligebat, amore aggressus est. Pictura hæc erat  
penicillo clavorum, ac lanceæ non alio colore  
quam sanguinis in charta humanitatis depicta:  
hinc ad ejus vilium, & tactum in vitatus Thomas,  
inter digitum tuum hinc, non terretur, sed ani-  
mam relinquit, ac ex infidelitate ad fidem conver-  
titur. Dominus meus, & Deus meus. Unde Gre-  
gorius Hieronymus: *Quid est Dominus meus, &  
Deus meus? id est, sum nihil dubitans, certus sum,  
certissimus. Rationem, præ dico immortalitatem,  
Tu es Dominus, Magister meus, Rex meus, Ego ser-  
vator tuus. Tu es Deus meus, qui creasti me, pro me  
carum suscepisti, quam ut me redimeres morti tra-  
didisti. Et ut me tecum resuscitares, hodie à mortuis  
revocasti. Hæc est fides mea, ita sentio, ita credo.*  
28. *Ostendit quibus manus, & latus. Thomâ con-  
versum ac Discipulis exhibentem, etiam celo, util-  
itatem exhibentem, intulit vulnera. N. Id, quod D.  
Petrus Collegi Apostolici Princeps tractans de  
spiritibus beatis, in quem desiderant Angeli prospi-  
cere scripto reliquit, in mentem reducere. Ego-  
ne Angeli desiderant? desiderium est de eo, quod  
non habetur, ego si vident Deum, quicquid est  
desiderabile habent: hinc si desiderant, objecto  
sua beatitudinis est, quod voluntas beatorum  
quiescit, & quomodo quierent dum videre, ac  
possidere illud, quo carere cupit? in Deo est omne*

bonum, si ergo vident Deum cognitione intuiti-  
vâ, & sicuti est, ergo omne obiectum visibile,  
quod coram statui debet conspicuum, ac omne  
bonum desiderabile possident. Beda Tò quem  
ad humanitatem Christi quinque plagis in cor-  
de, manibus ac pedibus lauciatam referri aut-  
mat. Et dum ante ascensum Christi in caelos ejus  
contemplatione privati erant, se nec totaliter  
beatos, nec perfectè gloriosos censebant, quin-  
imo velut ultimum complementum beitudi-  
nis accidentaliter intuitum rubeorum, ac glorio-  
rum vulnere avebant. *In quem desiderant An-  
geli prospicere. Constat profectò, ait Beda, quod tan-  
ta qui pro nobis passus est, te in Christi posterior gloria  
succesit, ut etiam Angelica in celo virtutes,  
cum sint aternâ felicitate perfecta, non solum im-  
mutabilem Deitatis magnificentiam, sed & assump-  
ta ejus humanitatis claritatem semper aspicere  
gaudeant. Ex quo inferte licet, quod dum Chri-  
stus sua vulnera conspicienda præbuit, non so-  
lum Apostolis in cœnaculo, sed & Angelis in  
cœlo solatio fuerit, & recreatis, & quod non mi-  
nus Ecclesia triumphans in cœlo, quam militans  
in terra exultarit, jubilarit, ac tripudiarit. Garri-  
fuit Discipuli viso Domino.*  
29. Sed non videtis & animæ peccatrices Chri-  
stum, & nobis suas cruentas manus, & plagas os-  
tendat, ut eosdem, quos in S. Thoma effectus  
producat. Si ergo ille tactu ipsius ex infideli in fi-  
delem migravit, nos qui sumus peccatores, &  
consecutivè hostes Dei peccatis valedicere, ac in  
amicos, & servos Dei mutari debemus. Omnes  
Redemptores sacrosanctas plagas videtis, & con-  
templamini: Videte manus meas, & pedes meos:  
vestri causa lubens hæc vulnera excepi, vestris  
ergò, qui amore mei nec verbum injuriosum,  
nec aspectum corum ferre vultis: vestri ergò,  
quibus dolore minimo capitis torqueri res est ar-  
dua, ac difficilis, vestri ergo, qui, si ita dici liceat,  
ad mûscæ morbum in bilem agimini. Huc adis,  
& peccator, *infer digitum tuum hinc*, amore tui  
crucem denuò sum subire paratus, si carnificem  
amorosum agere velis, digiti tui sint clavi, & cor-  
tuum lancea, *mitte manum tuam in latus meum*.  
Et quid a te tuus Servator postulat? non opes,  
non vitam, non sudores, solâ fidelitate conten-  
tatur. Noli esse incredulus, sed fide-  
lis, & vade in pace.

Handwritten text in the gutter, possibly a library or collection mark, including the word "diab" and some numbers.



# DOMINICA SECUNDA POST PASCHA.

*Ego sum Pastor bonus, bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis.*  
Joan. 10. cap.

## ARGUMENTUM.

*Bonus praelatus se totum impendere debet etiam cum periculo vite pro bono subditorum, et omni diligentia conari debet, ut subditos ad pascua salutis deducat.*

**N**on est verus pastor, qui boni pastoris conditionibus caret, Et nihilo fecius quilibet curam gregis ambit, quamvis nec unam circumstantiam ad gregem custodiendum habeat. Ab antiquis solus Jupiter sine capite depingebatur, ut eum superiore omnibus, ac neminem Jove superiorem demonstrarent. Sed quod hodie non scientes se carere capite, & tamen eo carentes, caput multorum esse præsumunt? id inde, quia legis sic ordinantis notitiâ carent, provenit. *Pastor non pretio, sed precibus assumatur. Tantum ab ambitu debet esse sepositus, ut quæratur cogendus, rogatus recedat, in vitatus aufugiat, et sola illi refragetur necessitas.* Et dein, dum juxta votum feliciter res non procedit; dignitas occupatur vi, ac fraudibus, non fecus, ac Camatus, Saracenus regnum Perfixæ, ac Richardus Tertius Angliam sic perhibentibus Historicis invaserunt. Hunc errorem hac prohibitione. *Nemo assumit sibi honorem, nisi qui vocatur à Deo tanquam Aaron,* Apostolus eliminare voluit. Et qui huic Doctrinæ contradicit bonus Pastor non est: sunt tamen, qui ad regimen licite electi sunt; sed passionibus præventi, nec ratione aliquâ, nisi proprio capite ducti usurpantes illud dictum: *Sic volo, sic jubeo,* & licitum facientes, quidquid propriæ artificit voluntati, non minus, quam in Heliogabalo, Nerone, ac Tyranno Syracusano illud verus verbum, *stat pro ratione voluntas,* verificati demonstrant. Qui his infundatis conceptibus adheret, non est bonus Pastor. Multi nil aliud, nisi ut titulo superioris decorati redditibus fruantur, ac oves dilanent, spectant. De his, qui post curam, ac onus in alios transferunt sic, S. P. Augustinus: *Ob*

*honorem aut lucrum temporale alius præferunt, effertur. Hi ut mercenarii ejici, & non titulo pastoris decorari merentur, cum astricto Divus Gregorius, in hujus mundi necessitate occasio, cogitur, an quis sit Pastor, an mercenarius, dum ascendit, quod non pertinet ad eum de ovibus præstare, enim volunt, sed non prodesse, vel, ut ait Divus Basiliius: Non omnibus, sed sibi prædesse cupiunt. Non sic duo Thomæ pastores Ecclesiæ, alter Casertanus, alter Villanovanus, quorum ille vitam exponens pro suis: Ego pro Ecclesiâ Dei libenter mortem subibo. Sic ad lupos facillimes: Vos ipsi in Dei caveate, ne cuiquam meorum necesse alloquens, alter sciens, quod ille non præstet, qui non prædesse erogando in pauperes sui gregis, mentis Episcopalis redditus, nec sibi lectum, ubi monumentus quiesceret, memor documentâ Divo Bernardo Eugenio Tertio: *Præstet ut præstet regerunt.* Hi pastores, quibus iussu Dei Vates ineliminatus: *Va pastores Israel, qui pascebam ovem vestros, non fuerunt.**

2. Sed qui nomine boni pastoris vult gloriari ad minus Evangelico pastori se in duabus qualitatibus conformare studeat.

Prima est, si ita necessitas requirit, etiam cum periculo vitæ gregi succurrere studeat. *Animam suam dat pro ovibus suis.*

Secunda, ut omni indultâ oves ad pascua salutis adducere conetur: *Erillas oportet me adducere.* Et tunc jure, *Ego sum Pastor bonus,* dicere poterit. Sed jam oves vocem pastoris audire: *Procedite memi audite,* observatis. Vos ergo cum estis grege Christi verbo Dei cum devotione, ac silentio attendite,

*L. si quem quam cod. de Episc. L. contra cod. de remilitis. Io. Bat. Pastia in Histor. Persic. fol. 9. Io. Franse. Blondus tit. 3. de bello Lev. Anglia Lib. 8. Ad Hebr. 5.*

PARS PRIMA.

Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis. Joan. 20.

Non absque causa Pastori titulus bonitatis datur, cum bonum non sistat in seipso, sed dicitur credentem ad alterum, ad quem se diffundit, prout Philosophorum axioma irrefragabile. Bonum est finis diffusivum: Ergo consequenter bonitas suos in subditos egenos elargitur, sanguinem effundat, & si id necessitas requirit, vitam non parcat. Apis, quæ liquor: ex uberibus florum veratantum fugit, mel, quod in bonum aliorum cedit: Et proficit, conficit. Mutuus Columba, dum Ecclesiæ exercitui præellet, ut suis signis suis militatibus se nulli labori peperisset, & libentissimè pro suis vitam se dedisse periclitaret, manum armatam hoc Lemmate subiecit: Agere, & pati fortia, Romanum est, etc. Ergo Pastor pro bono subditorum non solum non ardet, sed & periculosam aggreditur. Alfanus Nonus, ceptro, ac diademate Hispaniæ ducatus, ut modum regendi ostenderet, Pelicam pro simbolo, qui licetando proprium pectus, pullos suo sanguine vitæ restituit, hoc addidit: Pro grege, ac si diceret pro meis subditis sanguinem effundere sum paratus, elegit. Hos animos generosos similitur expressit Otto Imperator dum corosâ imperiali redimitus aulicis sibi assistentibus dixit: Faciam ut omnes intelligant quem Imperatorem elegeris, qui non vos pro se, sed pro vobis dedit. Sanctus Pastor, ac Præsul Novatus Paulinus asserit. Servile jugum obit oviculae causa liberatis: O quam diligens conditorum in bono pastore requisitam observator fuit: nempe bonus Pastor animam suam dat (id est verba sunt Divi Thomæ, vitam corporalem) vitam propriam ut oviculam è Barbarorum laeis magis crudelium manibus eriperet, impendat.

4. N. id quod utque huc breviter docui non subditurum, nisi basi Scriptræ inoiteretur, creditum. Deus Moysen mandat ad Pharaonem, ut ei legationem maximi momenti concernentem, liberationem populi Israelitici aperiat. Veni mecum te ad Pharaonem, ut educas populum meum Israel de Ægypto Verum Moyses ineptitudinis hæc confusus post multas excusationes, & replicas nolens Deo reluctari tantummodo quid genus interroganti, à quo ablegatus sit respondere debet, quæstivit: Si dixerit mihi, quod est nomen tuum? quid dicam eis. Et Deus, hæc præcisè

verba: Ego sum, qui sum, illis dices, replicat. Est adhuc, quod ego sum Dominus Deus Patrum vestrorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob misit me ad vos, illis significabis. Hic subintrat Rupertus Abbas, & cur Deus de nomine suo interrogatus duas definitiones, primam, quæ verè essentiam, ac quidditatem Dei explicat, nempe: Ego sum qui sum, ac alteram, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob assignet, inquit. Secundum Logicos unius rei esse unicum definitionem, non nescio. Deus est immultiplicabilis, & ita unus, ut major unitas reperiri nequeat. Cur ergo Deus duas sui ipsius definitiones profert? Cur Dominus de uno tantum nomine interrogatus duas suggestit. Verba sunt Ruperti Abbatis, & ad unam Rupert. perunculationem duo reddidit? Si Deus recte Divo Abb. id. Hilario sic dicente: Non aliud magis proprii Dei, D. Hilario quam esse intelligitur, cur subjunxit: Deus Patrum lib. 1. de vestrorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Trinit. Jacob misit me ad vos: Hæc particula mihi superflua, ac contra regulas bonæ ac veræ definitionis, quæ nec superflua, nec diminuta esse debet, militare videtur. Ego postquam Deus suam essentiam Moyfi illis verbis: Ego sum, qui sum aperuit, eidem etiam, quia operari sequitur adesse, notitiam operationum suarum ad extra communicare voluisse crediderim. Illis ergo verbis: Ego sum Deus Patrum vestrorum inferre voluit: O Moyses ab illo te ablegatum dicas, qui se beneficium erga suos, eos creando, conservando, iisdem providendo, ac omnia bona fortunæ, & gratiæ largiendo, atque eos ab omni malo liberando gloriatur. Deus Patrum vestrorum, ac singulariter Abrahami, Isaaci, & Jacobi, qui mille benedictionibus à me sunt ditati: In semine tuo benedicentur omnes gentes, & Abraham, dicitur sunt repromissiones, & semine eius. 14. Ad Galat. 3. 16. Dicens ergo: Ego sum, qui sum, se non esse propter se solum, sed & propter suos, veluti Abrahamum, Isaacum, & Jacobum, ac omnes alios inferre voluit. Ac si dixerit, inquit Velasques, sic equidè sum, Ioan. An. qui sum, ut non mihi, sed meis servus sim, qui ad be. Velasq. in nefaciendum, & bene merendum de illa totus sum. Psal. 100. Ac idcirco charissimum sibi gregem gentè Israeliticam lupis voracibus in Ægypto, in d' Pharaoni luporum ferocissimo subtrahere studuit. Ego sum, 126. col. 2. qui sum, Deus Patrum vestrorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob. quia non sibi solum, sed suis est. Et sicut opinatur Clemens Alexandrinus: Deus cum sit bonus, si cessasset unquam à benefacere, Deus quidem cessabit esse, quod nefas quidè est. Lib. 6. Strom. dicitur Sed eius beneficentia Dei erga omnes, cum ea sic evidètiore lumine solis, ac calore ignis, vobis demon-

demonstravi? hominibus, ac maximè superioribus, ac Prælati, qui omnes non suos, sed se spectant, id bene demonstratur. Nihil olectus Jacobum hujus debiti pastoralis exactum observatorem invenio. Gratiostissimus hic adolescens ad partes orientales proficiscens, ad opilionum pascua, in quibus maximè vigiliantia, ac curâ gregi intendebant, appulit. Et cum pastorculam venustissimam, ac modestissimam omnium illius ævi venire observat, ac conspicit. Hinc juveneculus ille à pastoribus, ac inlinita non erroneo edoctus, (uti re ipsa erat) illam siliam Labani sibi persuadens, ejus venulati fortissimè raptus, ac eam sibi uxorem designans, eam salutavit, & submisit honoratam amplectitur, & osculo delinivit: & absque dubio eum suum cordis prodidisse affectum his verbis, eris mea Sponsa, credo. Sacet

Genes. 24. 31.

Textus, qui hanc rem narrat, sic ait: *Osculatus est eam, ac dein rem miram, nempe quod Jacob in lachrymas proruperit inconsolabiles, fletuque verba luctuosa addiderit. Et elevata voce flevit, subdit. Equis hujus juvenis actionem non demeretur? quæ causa ut plangarim? potius jubili, ac lætitiæ anam habuit. Non? subdunt septuaginta: Et exclamans sua voce flevit, os lamentis, ac suspitius, afflictionem animi, & oculi veraces cordis nuntii, ejus dolores prodere videbantur. Sed quænam major quies, ac delectatio, quam objecti omnium desideratissimi præsentia fuit? An forsitan mala sibi obventura quæ sibi copulanda erat, augurabatur? Nequaquam, nam Rachel non teretica, morosa, perfida instat plerumque miserum maritum, in desperationem agunt, erat. Fortitrane, ut volunt nonnulli, cum præ gaudio in lachrymas, quia in consanguineam incidisset, quæ sibi desponsanda erat, prorupisse credemus? si hæc ratio valeat, jam & ipsa Rachel plorasset, cum mulieres, verba sunt Lyran, sine pronæ ad lachrymas magis, quam viri, videtur quod potius debuisset dixisse de Rachel quod flevisset, insuper ipse Lyranus opinionem Hebræorum adducit, quam satis probabilem asserit, Jacobum nempe idcirco plorasse, quia domo paternâ abiens plures opes, gemmas, uniones, quas secum asportarat, ab Elipat primogenito Elau, qui eum interceptus fuerat, & cum multitudine armatarum comprehendit, & omnibus bonis spoliatum dimisit. Spoliatus est. His ergo se privatum videns elevata voce flevit. Sed hic mihi nova difficultas oritur. Cur statim post infortunium non ploravit, ac planxit? cur lachrymas tam diu continuit, & postea in sinum charitissimæ Rachælis effudit?*

Nicol. de Lyra ibid.

Lyran. ibid.

idem Lyranus id factum, quia nullo duntaxat honorate, suam Sponsam, velut servus Abrahami honoratam Rebeccam, respondit: *Quis pro vidit consobrinam suam, & non habuit aurum, argentum, seu pecunia ad dandum sibi sicut servus Abrahami dederat Rebecca, memor hujus reipit lachrymari. Flevit, quia se non posse sua satisfactione obligationi, ostendendo se erga Rachælem beneficium, cognovit: et eam exultans elevatâ voce flevisse dicitur qui antea non ploravit, quod suis potius, quam sibi esse debere dicitur. Id quemlibet Prælatum, ac Pastorem curam habentem gregis angere deberet. Ego multos cruciari, ac dolere, quia oves habent maculas, nec lac mulgere, vel lacum tondere, nisi si mul pellem detrahant, possunt, credo. Hi potius mercenarii quam boni pastores, quia boni pastor animam suam dat pro ovibus suis, & non conservant.*

6. Hanc conditionem Aaron Pastor gregis stultici, qui multos transgressores divinum præceptionum habebat, dum hinc innumeros famam Moysis læcesseret, ille temerè, igni incensum miscendo dignitatem sacerdotalem subrogaret, alter ad harendo transgressoribus, existeret, non solum cognovit, sed & ad præmiserit: sed Deus merito contra illos exarduit, & seditionis acriter puniis reliqui se conuere, nec inter gentes suscitare seditiones diceret. Et dum Deus penam exculatoris erat, Moysi, ac Aaroni secederent, ne flagellis divinae justitiæ involverentur, præcepit: *Dixit Dominus ad Moysen, recedite de medio hujus multitudinis, ego nunc delebo eos. Et subito recesserunt a medio. Quis faceret textus subnectat attendit. Moyses furorem Dei in transgressores fulmina tam vibrantem videns, jam enim egressus est in Thaurum, & plaga de saxis, sacrotoni Aaroni loco statuit, ut Thure, ac incenso in medio populi manum thaurum placare studeret, justit. Tolle in vestram & hausto igne de altari mitte in cenam depone. Hæc ulque res bene aguntur, Moyses præcedere agit, ac nemo id negat: sed præcepit ut in medio gregis se sistat, pergens ad populum, ut rogaret eos, si illa justitio nimis dura, ac indifferens, nec rectitudini charitatis conformis, quia egressus est in Thaurum, & plaga de saxis, miti videretur. Quamvis ipsum miror Aaronem, qui dum mortis non accit, absque reflexione ad mandatum Dei acceptum datum. Recedite de medio hujus multitudinis, in medium reorunt ubi flamma magis lætior de gregis ingerit: *Cucurrerit ad medium multitudinis, quæ non**

iam vobis intendendum. O Aaron: an non periculum, cui obijes vides: Hoc fortunam tenere est. At Moyses tibi id mandat: pergens cito ad populum, &c. Deus dico ego, id tibi vetat. Reverti de medio huius multitudinis. An non ab illis dicitur scire Deum statum flectere potes? N. Aaron quia Pastor erat bonus, & ut greges eriperet, propitiam debebat negligere vitam: Bonus Pastor animam dat pro ovibus suis. Totum id gregi facere debuit. Supra hoc Divus Ambrosius con- cepit hic digna doctrina format. Cum divina propter contumaces in plebem serperet, me- ritum q' inter mortuos, revertens Aaron objicit, an merum speret ne plures perirent; vere vir men- tis, & animi sacerdos, qui se pro Dominico grege quasi Pastor bonus pro objiceret affectu.

7. Nunc a Synagoga ad ecclesiam, a sacerdote Hircano ad Pastorem ecclesie, ad Arone ad sanctum Petrum, & cui filius Dei solum gregem agnis, & ovibus mixtum ostendit, transiamus; p'inde ad dicitur: Petre hucusque te hominem perfectum, prudentem sum expertus, nec ullum mentem ut sic Pastorem invenio. Omnem te diligentiam, possibilem adhibiturum, ac curam, non solum ut de bonis pascuis et providas, sed & de Argo futurum, ut a lupo infernalium illam de- fendas, scio. Et gregem: *Pasce oves meas*: simi- liter agnos tribuero: *Pasce Agnos meos*. Tribus quibus ait Doctor Angelicus: *Doctrina verbo, vita exemplo, & temporali subsidio, quibus praelatus debet: pasce debet*. Vel ut ibidem dicit: *Pasce oves meas: Pasce autem oves est credentes in Christo, sed si deficiant, confortare, terrena sub- sidia procurare. Exempla virtutum cum verbo predicantur impudere, adversarius obijcere, er- rantes subsidio corrigere. Sed filius Dei, postquam Petrum caput, ac pastorem gregis constituit, dis- ciplinam mutare, & nonnullas particularitates adnotantes ea, quae eidem Apostolo obventura agnos pascere videtur, cum esset junior cingebat, & quibuslibet ait vobis, cum autem senectus a- gnos erigeret, & dicit, quo tu non vis: quibus nil aliud quam mortem ejus denotare voluit: Hoc autem dicit significans, quia morte clarificatus esse Deum. Sed qualis est haec connectio, dum Clavibus personam Petri ac mortem jungit: vix enim ad hanc dignitatem exeret, & jam mor- tem notaret? Dionysius Carthusianus ingeniose mysterium penetrat, & Christum sic loquentem interpretatur. Nunc cum te pastorem constitui, ac tu gregem constituisti, omnibus tuis commo- dus te poliare tebebis, nec in aliud quam peccato*

ta tibi commissa intendere, & si necesse fuerit, vitam, & sanguinem profunderere debebis: signifi- cans quia morte clarificaturus esset Deum: ut pra- latus, vel pastores agnoscant, ait Dionysius, quan- tum habeas Christum diligentiam, dilectionem, & curam pro suis fidelibus, quam sollicitudine velis eos cu- stodire, quam districte requirat rationem de eis. Et curi dicitur. Quia praelati debent esse parati ad moriendum pro grege commisso, ideo consequenter pra- dicit Petro de qualitate sui martyrii: unde evi- denter, quod bonus pastor animam (id est vitam) suam dat pro ovibus suis infero.

8. Divus Gregorius pontifex Christum re- demptorem nostrum non solum praecipisse pas- toribus, ut animam hoc est vitam pro grege ex- ponerent, sed & ipsammet velut caput omnibus exemplum se praebuisse affirmat. *Fecit quod mo- nuit Christus, pro ovibus animam posuit*. In laetis Evangelis nec miniam contradictionem, quia omnes Evangelistae puram, & simplicem veritatem scripserunt, scio Nihilominus experientiam contrarium edocere puro, Et quis successum passio- nis Christi non eodem modo ab Evangelistis Mat- thaeo, ac Luca recensitum nesciat: praesens ut im- posturas, ac falsas accusationes a ministris contra filium Dei audivit, exactissime rem examinare decrevit. Sed postquam diversissime plures particu- laritates, ac capita examinasset, & accusantium iniquitas, & accusati innocentia apparuit. Unde ab omni cum calumnia liberans, coram omnibus innocentem his verbis teste Divo Luca: *Non in- venio causam in hoc homine*, proclamavit. Et hinc non obstantibus Pilatus ob varios respectus, ac suspensus contra jus innocentiam morti crucis adjudicavit. *Tollite eum vos, & secundum legem vestram crucifigite*. Haec impia sententia sine mora executioni mandata est: Et aspero ligno fuit Servator affixus, Divus Mattheus facti cau- sam adferens: *posuerunt super caput causam ipsius scriptam inquit*. Idem sanctus Marcus affirmat: *Et erat titulus causa ipsius*: hic contradictio sta- tum prodit. Si praesens absque causa cum morti addidit, quomodo causa ejus mortis, ipse vertici suspensus fuit? an ita stolidus fuit Iudex, ut nul- lam invenire poterit: vel an adeo maligni fue- runt, ut quantumvis causa non esset, tamen eam assignarent? N. quid sanctus Marcus subnectat observemus, ac dein non esse contradictionem, sed mysterium dicemus. *Et erat titulus causa ejus Carthusius*. scriptus ait Dionysius Carthusianus, *quare cruci- fixus esset*: & quoniam hujus rei causa: *Rex Iu- daeorum*; nulla alia est, nisi quod cum esset Rex

Dionys. Carthus. in cap. 21. D. 10. art. 50. fol. 273. B.

D. Gregor. hom. 14. Evang.

Luc. 23. num. 4.

Matt. 27. num. 37.

Marc. 15. num. 26.

Dionys. Carthus. in cap. 27. Matt. 27. art. 22.

Handwritten notes in the right margin, including the word "Dionysius" and other illegible text.

Judeorum, ac totius generis humani, quod in miseris culpæ jacens jamjam faucibus lupi orcin devorandum, ac jam voraginibus inferni hauriendum erat, velur Rex, & pastor, qui vitam suam debet dare pro ovibus suis vitam morti expoluerit, & ut vitam gregi daret, morti contentus fuerit. En ergo causam: posuerunt causam, nempe cum fuerit Rex & pastor pro grege morti debuit.

10. Ant. Hæc totius causa, sive mortis Christi summa est, quod Rex hominum sit, quod perinde est, ac si dicatur, non à se, non à senio, non ab hominum oratio, non à criminis pena, sed à regia dignitate mortis nas. 11. fol. idum accepit: ut principis munus, & partes unde. 2. 4. 7. col. 2. 2.

Matth. 26. 39. Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste; verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Ac ut se non flagitare gratiam impossibilem, & patientiam suam

Marc. 14. 36. velur cunctipotentem, quidquid vult, posse, demonstraret, teste Divo Marco: Abbas pater omnia tibi possibilia sunt, subjunxit. Tu, quidquid vis, vales, adeoque velur pater benignus preces filii rejicere nequis, ideo Transeat à me calix iste. Ego, num Christus voti compos factus fuerit, scire velim? ac non solum negativè respondeo, sed non obstante quod Patri omnia possibilia sunt, cum Divo Paschasio impossibile esse ob bonitatem, ac justitiam ut exaudiri potuerit, dico. Impossibilitas ista de justitia venit, ac bonitate Dei; Sed ego radicem unde hæc impossibilitas proveniat, libenter penetrem. Et quidem id non provenit ab impotentia Patris, quia habet plenitudinem, non ab incapacitate, ac demerito filii, quia erat justus, & innocens, non à necessitate generis humani: hæc enim quantumvis fuisset maxima, nihilo scilicet unice gurtà sanguinis, unico intuitu, unico cogitatu redimi potuit. Cur ergo, inquit D. Paschasius, impossibile fuit cum non bibere calicem passionis, & mortis? Impossibilitas ista de justitia venit, ac bonitate Dei. Christus gregis Apostolici, ac gregis totius generis humani fuit Pastor, idcirco, quia bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis, impossibile fuit calicem passionis ab eo transferri. Et ex hac impossibilitate obligatio, quâ ad fundendum sanguinem, & mortem obeundam, ut suos à lupis avernibus eriperet, ac periculis æternæ damnationis subtraheret, & ad pascuum paradisi condu-

D. Pasch. lib. 11. in marg.

ceret, ortum duxit. Hinc ait Paschasius: Impossibile erat, ne nos bonitate sua, sua, justitia servent, ad pascuum omnium pastorem vestigis institerunt, Gualdimus Roschildensium Episcopus fuit: dum Deorum Regi fama nonnullis Regale regnum verbis petierat, ac Regiam altitudinem pupugisse retulisset, tales die circumloquio, ac sacro Mille altate telecens, ficans, qui non loquere. Non multo post ut Rex feritatem barbaram peccata fecerat (gratum enim Deo prelatum obsecrum: quia nonnulli magnates quidquid voluerunt, juxta illud arbitantes esse impune quidquid delirant reges licitum p t ut, arbitrabatur) ad Ecclesiam se contulit: ac Episcopus ingreditur se episcopio, ac baculo pastoralis aliquoties pectus percussit, & acti verborum acerio homicidam, & similibus verborum aculeis pettingens excommunicationem denunciavit, & velur loco sacro indignum repulit. At Palatini Regem suum injuriis affectum dum viderunt, gladius exereuerunt, ac unicum nutum principis homicidæ, ut illum contumeliam vindicarent, respectabant. Sed sancte presul, an non in pectore Regis, ac aurium itæ flammæ evaporari vides? An non vides gladios eos exeruisse, & unicum nutum Regis præsolari te trucident? Ergo fugâ tibi consistere, ac periculo mortis te subtrahere. Quod sanctus Paschasius de Christo impossibile erat, cum enim esset pastor, obligabatur ad fundendam vitam, hoc & ego de hoc præsole hic dicam. Bonus pastor animam dat pro ovibus suis. Et quid sequitur? è lupo in agnum mansuetum migravit: Deo miserante Regis iram, ille penitentia factis commiseratus adeo percussus est, ut ultro repentes palatium suum, deposuerit infulus, & induerit sacrum cinerum aspersum: Ex habitu rediens in atrium ecclesiæ, vis ad valvas humi, gemebundus Deum adorabat, largi lacrymarum imbrem madens. O insigne pastorem. Non velur mercenarius ad conspectum lupi aufugit: de illo non verificatur visus lupum venientem, & fugit, sed intrepidus, & velur bonus pastor, qui animam dat pro ovibus suis, hostis, nec timore mortis gredum retulit.

11. Verum nonnullos, qui non nisi damno laboratorum propriam vitam conservare studerent, repete est. Hi in nihilo à Rege Achab omnium Israeliticorum regum pessimo abeunt; Pauper Naboth, quia huic Regis peitioni vineam legicando annuere noluit, in tantam cum trahitur deject, ut in aula se abdens, furore afflicto, hæc

defectu intra se sic discutret. Ergone subdito-  
rum vilissimus, tam fit ceteratus, ut Regi in fa-  
ciem aliquid neget? Ego gratis eam nolui: sed  
ad solvendum illam me obולי. Et quamvis prin-  
cipis non solum opum, sed & viræ subditorum  
sunt absoluti domini, auctoritate tamen hac plenā  
non possidet, sed omni humanitate possibili cum eo  
agere vult. Ac ille ergo tam audax sit, ut Regis  
potestatem repellat? certe Nabothum possi-  
derit, & ut sibi praeorderat manus, volo. Hic  
denunciat sacri Textus: *Projiciens se in lectulum  
suum, auertit faciem suam ad parietem, & non co-  
medit panem.* Illuc possibi e Regem tanto mo-  
dore iradi, ut nec cibum caperet, nec panem  
manducaret? Liranus ex indignatione, ac impa-  
tentiā id piovenisse affirmat. Abulensis dicit,  
*Solus tunc comedere panem, nec bibere praeterea  
quodque in eo digeretur sumus ille iracundia. Ve-  
rum sanctus Pater Ambrosius, ut hoc factum  
explicet, unicum verbum, quod multum propo-  
sitioni nostro servit, adiungit. Ubi scriptura solum  
legit non comedit panem, addit ille sum.* Ergo  
comedit panem alium? quoniam. Quia magna-  
spans, sudore, ac laboribus subditorum com-  
posito vivere voluit. Et non manducavit panem  
suum, quoniam querebat alienum: Etenim dicitur  
magis alienum panem quam suum manducant,  
qui rapit vivunt, & rapinis sumptum exercent  
suum. O quam multi sunt pastores, qui mensam  
suum maximā laetitiam fructuum & pecorum  
sue custodiz deputatorum instructam esse vo-  
lunt: Hi nomine tenus pastores, & reipsa mer-  
cenarii peiores sunt. Merito nomen pastoris per-  
tinet, non enim pastores, sed mercenarii vocantur,  
qui non pro amore istius oves dominicas, sed ad  
temporales mercedes pascunt. Merito in hos pet-  
it. Etzechiel accerbarum minarum plaustra sul-  
cavit. *Ua pastoribus Israel.* Væ iis, quia tempus  
erit, cum rationem de impostis oneribus, ac tri-  
butis a subditis solutis reddent. Sed cur, quia  
pascunt semetipsos, proprium interesse pallio  
sacris charitativis regentes, substantias pauperum  
se vestierunt, ac sustentarunt, & luxus suos  
habentibus, sudoribus, pane, & sanguine vasallo-  
rum manu teoverunt. Nonne greges à pastoribus  
pascuntur? Pastor ut gregi subveniat, proprio  
onibus cellas subtrahere debet. Et sanctus Pater  
Augustinus dum nil esset, quod in pauperes ero-  
geret, sacra vasa aurea, ac argentea confingere, &  
in pecorum subsidia impendere non esse malum,  
sed opus bonum iudicavit. Sed nonnulli pastores  
lac, ac lacum iis detrahunt, & tam macilentos eos

reddunt, ut pedes eos non ferant. *Lac comedebat,  
& lacis operiebamini, & quod crassum erat,  
occidebatis: gregem autem meum non pascbatis.*  
Hinc in textum allatum Divus Pater Augusti-  
nus sic commentatur. *Quid ergo isti increpantur?* **D. P. Aug.**  
*Vnde arguuntur: quia cum lac sumerent, & la-  
tris se regerent, oves perditas negligeabant. Qui pra-  
bet lac, victum praebet; qui praebet lanam, honorem  
praebet: ista sunt duo quae à populis quarunt, qui  
seipso pascunt. Sunt pastores non ut dent iis quod  
debent, sed ut subtrahant quod possunt. Sufficit,  
& quiescamus.*

P A R S P R I M A.

12. **ET** alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili,  
& illas oportet me adducere. Boni pasto-  
ris omnem possibilem adh. bere cōnatum, ut gre-  
gem ad pascua salutis, ac ovile paradisi ducat, of-  
ficium est. Unde per alias oves, quae non sunt ex  
hoc ovili, gentiles, qui idola celebrant, verba sunt  
Cornelii à Lapide, *ideoq; eram oves non Christi, sed  
Satanæ, quas Christus ex ovili Satanæ transtulit in  
ovile suum, intelligit. Sed bene mysticam locutio-  
nem nostri pastoris observemus. Et illas oportet  
me adducere.* Sanctus Thomas id ita explicat,  
*id est opportunum.* Sic Divus Gregorius Thau-  
maturgus Neocæsariensium Antistes egit. Hic ad  
insulam evehctus solum septendecim fideles sub  
se numeravit, sed per gratiam Dei, ac suam dili-  
gentiam adhibitam omnes infideles ad gregem  
Evangelicum adduxit: unde dum animam agens  
ab atlantibus quot infideles superessent rogans,  
audierit tantum superesse septendecim: Deo gra-  
tias immensas egit: *Totidem, inquit, erant fideles,  
cum crepi Episcopatum. Sciebat obligationem  
suam. Oportebat enim illas adducere.*

13. Hic rō oportet, quod proprie necessitatem  
si non cōactionis, ad minus infallibilitas impor-  
tat, ponderare debemus. Deus enim omnem  
possibilitatem impendit, ut grex consequatur salu-  
tatem ac è pascuis dæmonis ad pascua fidei Evan-  
gelicæ reducat mandata. Hinc sancti, Basilus,  
Gregorius Augustinus, Chrysostomus. *Tō oportet  
Patris præceptum significare assentunt.* Ergo  
necessario, & infallibiliter illud est observan-  
dum, concludit enim Angelicus. *Quia spiritua-  
lis gregis salus, præponderat corporali vita pasto-  
ris, ideo cum periculum imminet de gregis sa-  
lute, debet quisq; spiritualis pastor, corporalis in  
vita sustinere dispendium. Quid pastorem coe-  
lestem, dum de grege loquens ait cognosco oves  
meas*

**Corn. à  
Lap. in c.  
10. lo. v.  
16 fol. 403  
col. 1**

**In Brev.  
Rom. in  
lect. 2. 2.  
noctur.**

**D. Basil.  
hom. 28.  
Greg. hom.  
14. in E-  
meas**

Handwritten notes in the right margin, including the word "Lectura" and other illegible scribbles.

*vulg. Aug. tract. 47. Chr. Thom. in c. 10. Io. Lez. 3. fol. 19. col. 4. F. Dionys. Carthus. in c. 10. 10. fol. 160. C. D. Tho. in c. 10. 10. Lez. 4. E. Dionys. Carth. in e. p. 2. ad Tim. c. 2. fol. 304. C.*

meus inferre voluisse putat? Apud Deum, ac in bonâ Theologia hac phrasî cognosco oves meas quid significat? Divinum pastorem cognoscere creaturam esse pecudem sui gregis, nil aliud est, quam dicere eam esse prædestinatam, ac passim paradisi fructuram. Deus enim illam non tantum speculative, sed & practice eam amando, et beneficiendo, omnia ei media ad salutem præbendo cognoscit. *Cognosco oves meas cognitione dilectivâ, ac approbatâ.* Et pecus quod a Deo amatur, de ejus grege est. Hinc de duobus fratribus Jacob de lexi cu eum prædestinatum; *Esau autem odio habui, en reprobum, dicitur. Cognosco oves meas.* Hoc sic explanat Angelicus, *notitia non solum simplicis, sed etiam approbationis, & dilectionis.* Ac Apostolus ad Timotheum sic scribit, *cognosce Dominum, qui sunt ejus.* Aliud ergo juxta expositionem Carthusiani inferre non voluit. *Hoc est, Deus prædestinatos suos æternaliter cognoscit scriptos in libro vite, eo que conferuat, & approbat.*

14. Hanc veritatem loco scripturæ ab opposito firmare volo. Noctû quinque Virgines prudentes, ac quinque faruæ lampadibus accensis domo exennt, prudentes ad domum, in quâ nuptiæ solemnissimo cum apparatu agebantur, attingunt, pullant, & sponsus prodit, aperit, ac eas intronitit. *Venit sponsus, & que parata erant intraverunt cum eo ad nuptias.* Vix primæ sunt ingressæ, & illico adfuit & faruæ, ac à sponso ingressum sollicitant: *Domine Domine aperi nobis: sed repulsam patimur, nec admittuntur, excluduntur.* Verum quibus verbis sponsus postulationem neget iis, & negativè respondeat, audire. *Nescio vos inquit.* Nuptiis designari cælum, virginibus intrantibus animas, quæ salvantur, sponso, Deum, qui adjuvante suâ gratiâ eas introducit, jam scimus. At quomodo verum sit, quod dicat, *nescio vos?* Deus suâ cognitione infinitâ non solum præsentia, sed etiam futura, ac præterita scientiâ quam vocant Theologi intuitivâ, vel visionis intuetur, & scientiâ simplicis intelligentiæ, quæ præcedit omnem actum practicum divinæ voluntatis, omnia penetrat objecta possibilia. Quomodo ergo scientiam suam non attingere ad cognitionem hatum quinque virginum *nescio vos* declarat? Ergone in Deo sit ignorantia? Ille Deus, qui ad intimos cogitatus cordis puenat, se quinque has virgines non cognoscere fateatur? facti Doctores huic nodum sic solvunt: *Vos pro meis non cognosco, vestros, reprobo, damno.* Nunc cum oppositorum eandem sit disciplina ab opposito arguamur. Si idem sit dicere

Deus te non cognoscit, ac es reprobus, ut ait Chryostomus. *Cum dixerit nescio vos, nihil aliud quam gehennam, & mansuetudinem significat, quæ gravissimè est.* Optime deduci potest, cognitionem, quâ cælestis pastor suos oves cognoscit, nil aliud esse, quam quod illas salvat, ac accersit ad pascua paradisi ducere velit. Idcirco sanctus Pater Augustinus concludit: *Novi Dominum qui dicitur nescio vos, nec loquor vobis, nec scio talis, nec scio in se interfuit; securus est de numeris illorum, qui perierunt, quid dedit.*

15. Filius Dei Apostolos suos ob stultitiam funestos, qui brevi eos invaluere erant, multosque fat gravi confectos videns, ut eos solaretur dicit, *non turbetur cor vestrum;* esto moris, quam ego subiturus sum, mentem vestram comouet, ac paventis tamen; quia sicut ad ortum solis, umbra acris pelluntur, sic meretricitudo mortuos vestri in læticias nigtabunt. Sit ultreus in domo patris mei esse multa habitacula addo, quæ vos post afflictiones à vobis pro domine meo tolerandas, recetabunt. *In domo patris mei mansiones multe sunt.* Per domum Dei, vel ecclésiâ militans, vel triumphans intelligi potest. Ita dicitur Divus Thomas *Dixit lex est domus Dei, una est militans ecclésiâ, scilicet congregatio fidelium, alia est triumphans, scilicet sanctorum collectio in gloria Dei patris.* Divus Augustinus per has mansiones de electis dignitates, quibus Deus beatos in parta remunerat, intelligit. *Multa mansiones dicitur in merito in una vita æterna significat dignitas, & cetera.* Sed in quem finem sunt multe mansiones? Annon unus paradisi non sufficit omnibus? Annon sanctum Paradisi capiat omnes beatos? Præterea sanctum Mattheum in suo Evangelio, imò ipsum filium Dei de Rege, qui nuptiis filio succolebraturus, omnes quotquot adesse voluerunt, invitare jussit, tractare, reperit. Ut ergo conculum coarvitis erat plenum, ac mensæ circumdata, ut vix sedere possent, Rex coarvitis respecturus adivit, & dum non meminerit oblique veste nuptiali vestimento lacero se intrasse, redderet, adeo est indignatus, ut servis, cum in obtutillimum detruderent carcerem, mandante. *Proiecit eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium,* & postea subdit: *Multa sunt vocati, pauci vero electi.* Hic parum perillatam. Si paucos dicat esse electos, cur Apostolus dicit esse multas mansiones? Si electi sint pauci, ergo mansiones etiam paucæ esse deberent, vel si mansiones sunt multæ, electos etiam multos esse oportet.

*Matt. c. 25. Ibidem. Ibidem. Cornet. à Lap. in c. 25. Matt. fol. 450. v. 12. c. 1.*

oportet. Numerus sane mansionum numero electorum correspondere debet. Si luce alicujus historie verum sentum hujus difficultatis curere possimus, videamus. Anronius Imperator dum Romam in Franciam Provincias illius regni villas proficere decebat, Homalo senatore, qui Romanorum Pro gubernator Parisiensi erat, scribit, ut pro die adventus sui mille nobilibus hospitia apraret, iussit. Literis his receptis nec salum pro mille, sed pro bis mille hospitia parari fecit. Imperator itaque dum illic appulit, ac tot hospitia instructa videns, causam, cur plura quam necesse erat, apparaverit quaerit. At hoc responsum tulit, ut magis meum desiderium servanda rati, te imperante ostendam. Similiter ergo si pauci sunt electi, cur multa mansiones sunt in parate loquitur Divus Hilanus. Quia noster pastor velut bonus, & diligens, quantum est ex se, totum gregem, omnes agnellos ac oves, ad mansiones coelites & pacua paradisi pervenire vult. Desiderium ergo grande, quo iis benefacere, ovesque salvare optat, pandere hoc facto vult. Et illud oportet me adducere: Hinc ait Divus Hilanus: ut in mansionum abundantia spes omnium surgatur, apud sanctos Deum velle omnes homines salvos fieri. Multis hospitia aprat: Multi sunt vocati, pauci vero electi, ut eum velle omnibus daret salutem, omnes velle ad pacua securè adducere cogitamus. Quod si postea contingat, ut pauci sint electi, defectus noster est; hinc dicit in Evangelio: Et alias oves habes, quae non sunt ex hoc ovili. Et illas oportet me adducere. In conformitatem hujus, illud quod David in psalmis saepe confignavit, legite.

16. Hic ergo benignitatem hujus boni pastorem, scilicet Dei, laudibus extollens, ac velut vates, curam, qua gregi suo provisurus erat, praevidens accinit, Homines, & jumenta salvabis Domine. Domine tuam benignitatem esse adeo immensam, ut bestias, ac homines salvaturus sis, pro certo scio. N. Res magna mihi haec videtur. Si ergo robis bestias caelo donandas, ac beandas precitarem, vos nec merito iustos, & scandalizantes abeentes mihi dicturos. Audiemus te de hoc iterum: scio, declarat enim filius Dei. Nisi quae venas furis ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei. Hanc regenerationem spirituales esse bellis impossibiles non necio. Quomodo ergo poterunt salvari? una differentia qua anima rationalis ab irrationali abest, haec est, quod anima rationalis est separabilis a corpore, & separata existit; anima vero bruti inlelli Dominale.

rum mortuorum corpore simul intereat, nec separata existat. Quomodo ergo id salvetur quod non est? Homines & jumenta quomodo Dominus salvabis? omnibus respondis per sacros expofitores adferri solitis omittis, unum, cui major pars accinit, adduco, & Davidem per homines intelligere electos ac bonos. Qui secundum dictamen rationis vivunt, habentes carnem subditam spiritui, & spiritum Deo. Ac per jumenta intelligere peccatores, qui amisso usu rationis bestialiter vivunt, dico. Nunc quomodo salvetur peccatores extra ovile nostri sancti pastores constituti? nonne id auditis oportet me adducere? Perinde ac si diceret. Quantum est ex me omnia media, ut eas ad ovile salutis reducam, impendam. Audite sanctum Brunonem. Bonus & malus salvus, David alloquitur Deum: cum pro omnibus Christum pati voluerit.

17. E jumentorum maxime irrationabilium numero, quae maximorum scelerum, ac facinorum onus portarunt, fuit Judas. Caestis pastor eum ut unguibus lupi infernalis subduceret, quid non egit? ne invidia proximi adiret, elegit eum in discipulum. Ne Avaritia eum in rapinas ageret dispensatorem, ac depositarium Eleemosynarum eum constituit. Ne ambitio eum precipitaret in ultima coena, cum aliis eum Episcopum creavit. Ne ejus bestialia proposita eum ad poenam scandalii hoc est prodicionis alliderent, sapienter eum monuit, & reprehendit, unus vestrum me traditurus est: Va homini illi per quem filius hominis tradetur: melius illi erat si natus non fuisset. Quid amplius? ut eum tradidit, desperatus se suspendit. Et multi Deo sic disponente Ramum arboris se inflexisse, ac postea dum ramo validiori, & fortiori se alligaret a transeuntibus eum esse impeditum volunt. Possit collum suum Papias in laqueum, & cum penderet ab arbore, arbor inclinata est, nec id continuo affecutus est prout cupiebat: agnitus enim a quibusdam impeditus est, ne ster apud praefocaretur. Et quid amplius mylicus pastor pro salute illius ovis fortentis, & jumento bestiarum pessimo praestare potuit?

18. Aliud erit jumentum nec dum tamen adhuc natum, quod cum Judaeum maledictionis trahere poterit. Divus Joannes in spiritu caelestem Jerusalem habentem portas duodecim, & in qualibet porta Angelum, & in portis Angelos duodecim, conspexit. Omnes erant aperte, ac cuilibet nomen tribus, quae per eam intrare debebat insculptum erat. Nomina scripta, quae sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel. Ad turbarum

ius tract. 4. cap. 9. quaest. 5. fol. 2.

Michael Aygu in Pl. 35. fol. 702. cap. 2. D. num. 564.

D. Brun. in Bibl. P.P. 17. ibi fol. 111. col. 1. n. 7. D.

Papias in laqueum, & cum penderet ab arbore, arbor inclinata est, nec id continuo affecutus est prout cupiebat: agnitus enim a quibusdam impeditus est, ne ster apud praefocaretur. Et quid amplius mylicus pastor pro salute illius ovis fortentis, & jumento bestiarum pessimo praestare potuit?

Apoc. 6. 21.

Handwritten notes in red ink, including the word "diab" and other illegible characters.



Hugo de S.  
Charo in  
cap. 7.  
Apoc. fol.  
388 col. 3.  
B.  
Dionys.  
Carthuf.  
ibidem fol.  
138. art. 8.

barum clangorem qualibet tribus per ostium suum ingrediebatur, ac ab Angelo, qui eam expectabat admittebatur. Per unicum solum, cui inscriptum erat tribus Dan nemo, in quod, summo opere demeritus est sanctus Evangelista, intravit. Hugo a sancto Charo ex tribu Dan Antichristum, qui iumentorum, quae mundus habet, vel habere poterit, pellamur citi, nasciturum respondet. Dan hic non ponitur, ut ostendatur quod ex numero signatorum excludatur Antichristus, qui ex ista tribu est nasciturus. Ergo cur & ei sua porta civitatis paradisi aperta sit, & Angelus in ea stet, qui illum promptus expectet? Et cum ei sint insculpta haec verba tribus Dan, nemo nisi Antichristus per eam

intrare debet. Et si Deus vidit, & adhaerere Antichristum non intratum, haec indoluit mihi frustrane videntur. Sed esto: nam talis pastor, quod si hoc fecerit iumentum Antichristus ovile salutis ingredi velit, ei portam pate, eique assignatum esse Angelum, qui eam recipiat, demonstrare voluit. *Fit innumera Dominus nulli gratia sua adminicula denegare, ut non ad caelestem patriam facere possit. Nos interim tam dignum venientem pastorem, ejus benignam vocem, qua a malo fugiendo, & ad bonum amplectendum hortatur diceas, decerna a malo, & fac bonum audiamus. Et sic in pace.*

DOMINICA TERTIA  
POST PASCHA.

Modicum & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me.  
Joann. 16.

ARGUMENTUM.

Deus adeo fervens est & diligens, ut nec momentum expectet dum nobis nefacere vult, contra nos desides sumus in ejus servitio, cum tamen ferventes esse deberemus.

**N**um actiones, quae citius, vel illae quae lentius complentur, laudabiliores sint, resolvere nescio. Pede incedere plumbeo signum esse prudentiae extra dubium est. Hinc hoc fuit monitum: *Festina lente*. Ubi contra currere instat furiarum, nec tempus permittere temporis, est se obijcere periculo manifesto praecipitium, & pro partu abortum edere juxta illud: *Cervus festinans caecos parvi casus* Per Graecorum etiam ora hoc dictum *diu delibera*, volavit. De die in diem dilationem producere esse ventum magis propitium, quem possit habere actiones ut perficiantur, nonnulli censent. *Sat cito, si sat bene*. Plantae, quae subito exoriuntur parum durant. Elephas, qui tardè nascitur, ducentis annis vivit, & partus perfectissimus omnium, quos ferè producit, est. Apelles pictoris gloriantis de celeritate loquendo: *Hanc modo pinxi*, rememorat his verbis, *Etiam si vacuisset, res ipsa loqueretur, quod cum ex tempore subito pinxeris, compescuit*. Acetabulum Agatachi festinationem in pingendo non probavit, dicens: *Ea quae cito fiunt, cito perant*. Hi lentè, ac maturo consilio gradati, esse modicum optimum perducendi opera ad perfectionem, & stabilitatem judicant.

2. Alii ex adverso negotia in longum protrahere tempus, nihil aliud esse, quam ea ex parte praecipitio, ac ruinae censent. Ut clavus rotundus, non debet expectari ejus infingitatio. Cervicatura ignea, naturae curaliquid adhaeret terrenae.

Arist. Lib. 9. cap. 46.

cedit. In omni professione temperamentum, biliosum phlegmatico praefertur. Melioris fore esse complexionis, qui nascuntur sub Mercurio, quam Saturno. *Mora damnosa est canit* Poeta. Medicus, qui medelam d'licet, morbo viens addit, ut robur patienti adimat, & neci tradat. *Ad quem hora brevius ferenda est, vel periculum in salute negotio dilationem esse affirmat* Ordo ex quo veritas illius Emblematis: *Nequam procrastinandum educitur.* Et ratio, ut ait Herodotus, est, *qui semper differens est, damnari solent.* Hinc nos monet Democritus. *Cautionem omnes actiones imperfectas reddere.* Hannibal si subito urbem Saguntinam intrasset, non fuisset illiusus. Idcirco Julius Caesar dicitur solebat. *Ad magna perficienda plurimum habet momenti celeritas.* Et Fatuace devictus, & hostibus separatis, ad amicos suos, qui in partia fluctuantes successus mire audire optabant, ut in puncto visisset, vidisset, vicisset, juxta Homerum: *Simal d'clam, & factum veni, vidi, vici, scilicet.*

3. Sed nulli magis, quam amanti fenum lacertae teneant, ac calcari utere sollicitudinem conveniat. Hinc, ut velocitas in actionibus denotatur, amor alatus depingitur. Et de Spiritu Sancto, qui est nexus amoris inter Patrem, & Filium, dicit Chrysologus: *Nescit tarda molimina prima Spiritus Sancti.* Et noster gratiosissimus Redemptor, qui tam teneri suos dilexit Apostolos, in discessu suo non abfuturum, sed quantum visus solandis reverenturum, ac revisurum significavit. *Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum videbitis me.* Ita, quia amor non solum movet, ut in praesenti discursu videbimus.

PARS PRIMA.

*Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me.*

Quod hodie possum facere, frustra differo in crastinum. Opus quod possum abire unico die, illi imprudenter impendo septimanam, vel mensem. Nauta, qui quam cito possibile est maritima vult perficere itinera, si remansu efficiant, adhaeret & vela. Sol quotidie suos laetos thesauros terrae communicare non potest, nisi velut Gigas ab occasu in orientem curreat. Feris sylvestribus & avibus non est melior alius ad vitam salvandam, quam velocitas sua causa, vel volatu. Carolus Borbonius gesta-

minibus aulicorum vulgo liberet/ cervum alatum hoc lemmate subiecto: *Cursum tendimus alis*, appingi voluit. Docere voluit, si suum principem sincerè amarent, eos veloces velut cervos, & velocitati addendas esse alas voluit. Felix Princeps Salernitanus, ut demonstraret ab amore, naturalem proprietatem mutatam, ac è tardo in velocem, ac promptum se migraffe, testudinem cum duabus alis pro symbolo hoc lemmate addito: *Amor addit alas*, quod idem est, ac *Amor non solum movet, delegit.* Angeli Salamandrae divinitus amotis, non obstant quod sint substantiae spirituales, nec sit medium, quod eorum actionibus obstat, nec impediatur ab aliqua materia, vel accidente extrinseco, dum satis veloces se non censent divinis iustis perficiendis motibus suis instantaneis, aut non instantaneis alas addunt.

5. Sed quia mihi sermo est de amore, qui est sanctè impatiens, nec tempus vult praebere operationibus, id evidentià scripturae probare, differre nolo. Benignissimus Deus populum Hebraeorum liberare, ac è ministeriis calamitosi Aegypti (ubi dicitur potest cum Jeremia, quod fuerit quasi in *feruace ferrea*) ad felicitates terrae promissionis ipsi promissas ducere decrevit. Moysi ergo, quidquid agendum, ac exactissime observandum voluit, declarat. Et primo quaelibet familia sibi de Agnello tenero ferme annum agente, haud imperfecto provideat, mandat, *Immolabit eum universa multitudo filiorum Israel.* Has tamen conditiones addit:

*Non comedetis ex eo erudum quid, nec coctum aqua, sed assum tantum igni.* Sed ab Hebraeis consumandus erat, jure pro gustu eorum cum coqui Deus permittere debebat. Aliorum mores in vestitu serva, sed pro gustu tuo comedet; ulterius addit: *Renes vestros accingetis.* Nec hoc sufficit: *Calceamenta habebitis in pedibus.* Et S. Dominus, an adhuc aliud restat? Ita. *Tenentes baculos in manibus.* Dein omni celeritate agnelum edi vult. *Et comedetis festinantes.* Ego, ad quid tot ritus scire velim. Agniculus affatus, renes accincti, pedes calceati, baculus in manibus, tam velox comestio, ut unus bolus alteri tempus non concedat. N. Si meum sensum appetire debeam, haec omnia esse effectus amoris divini, qui est impatiens mora credo. Deus populum suum ulterius degere sub duro iugo servitutis Aegyptiacae praeter impatentiam ulterius sufferre non valuit, & quamlibet horam exilii mille annos putabat, dum ergo ad terram promissam

Marcel. de Pijet. 1. fol. 194. col. 1.

Hierem. 11. 4.

Exod. 12. 6.

Ibid. 9.

Handwritten notes in the right margin, including the word "liberab" and other illegible characters.

*Lyran. ibidem.*

*Abulen. ibid. fol. 135. col. 2. D.*

*Abulen. ibidem.*

*Ant. de E. cob. ibid. n. 11. fol. 239. col. 1.*

*D. Gregor. Tom. 2. in Evang. hom. 22. in cap. 20. Ioann. fol. 279. E.*

*Cant. 1. 5.*

*Angelon. in Bibl. PP. Tom. 9. in cap. 1.*

*Cant. fol. 80 4. col. 1.*

*Cant. 1.*

*Honor. presby. August. in Bibl. PP. Tom. 2. fol. 11. 19.*

fam eos ducere decrevit, omnes actiones accelerari voluit. Agniculus sic affatus, ait Lyranus, non coctus aqua, quia non expediret sic secum affando. *Renes vestros accingetis, ne veltes sint vobis impedimento, sed ad iter parati sitis. Quasi parati, expositio est Abulen. sicut, existens ad iter, & non iacentes in fratribus, & desiderios quiete magna; calcamenta habebitis in pedibus, ne a petris, vel spinis laedantur, ac vos in itinere detineant. Ita, verba sunt Abulen. sicut, ut significetur in tantum vos velociter velle moveri; sic vobis baculus, qui adgressus accelerandos conducit. Hinc dicit quidam modestus expositio: *Habitus vobis properantium indicitur, vestra festinationis simulacrum, renes accingite, baculos capite, calceos accommodate pedibus properaturis. Sed super omnia comedetis festinanter: Tempus comestione Agni non perdetis; ideo quantum potestis festinate. Hunc amorem Dei, qui non sustinet moras, optime observavit Divus Gregorius Pontifex dicens: Notate charissimi fratres, notate quod di. i. n. r. festinantes, mandata Dei mysteria Redemptoris, calidis patrie gaudia cum festinatione cognoscite, & precepta vita cum festinatione curate.**

6. Qui successus in bello contingere solitos scire avert, cum capitaneis loquatur; qui quales sint proprietates amoris, ac qualitates amantium nosse cupit, sponsum, & sponfam adeat, & acta prima qua inter eos acciderunt, capite primo Canticum observet; tanto amore ferebatur sponfa erga sponsum, ut dum experiretur se pra amore deficere, saepius *Amore languo* ingeminauit. Sed quodam die particulariter Angelos ei solanda oculis. Suavissimis ac donariis celestibus, submisit: *Angelos ad eandem Dominum miserat spiritualia dona deferentes: at illa dona, utpote a sponso immediat non missa, sibi non esse grata ostendere viderit. Ipsa vera, inquit Angelomus, munera non per se vos, sed per ipsum sponsum percipere quarebat. Errat enim ad Angelos legatos subjunxit: oculos me oculo oris sui. Ac, expositio est honoris si dicat internuntius: qui totus per me vos salutavit, qui et secreta per vos mandavit, ipsa veniat, & suo oculo me salvet, & propria ore voluntatem aperiat. Quod ibi loquatur Angelis sponfi absentis res certa est. Nihil feci tamen discursum suum prosequitur dicens: *Quia meliora sunt ubera tua vino, ego T d tua ad quid referatur, scire exoptem. Non ad Angelos, quia cum essent plures, ubera vestra dicere debuisset. Non ad sponsum, quia cum esset absens, debebat dicere, quia ubera eius, vel illius. Hinc inquit Agi-**

dius Columna: *Qua primopropuerat Dei sua desideria in terra persona, dicens oculos me oculo oris sui, alloquitur deinde in secunda, subditus: *Meliora sunt ubera tua vino. Quomodo ergo referendum sponfam his dictis non errasse: primo non indiget, quia sapienter, ac prodece loquitur. In causam. Sponsum qui tenentem amabat, audiens eius vota: *Oculatur me oculo oris sui, qui non sustinet moras movere subito profusus, ac in persona propria cum consolatur creatura fuit. Ac ideo intercursum discursum cum Angelis, cum sponso suo verba fecit, quia accedens iam praesens erat, ac ideo cum eo loquens, dicebat: *Quia meliora sunt ubera tua vino, tua, dico tibi, o n i sponse, qui tempore non indulgens tempus, me solaturus venisti: *Meliora sunt ubera tua vino, exponit sanctus Pater Hieronymus, subjungit post haec ad praesentem iam sponsum. Et S. Pater Bernardus; *Interim confubulavit, & illa, pariter atque illis, accessit ipse de quo sermo erat. Vnde per Prophetam antequam clament, ego exaudiam: *Adhuc loquentibus illis dicitur. Ecce adsum. Ita ergo nunc non vocatus ausui, & delictum verbi praevenerit precibus, viderit quod interdum me verba expectet, sed solis cogitationibus advenit. Similiter Filius Dei dum discellum suum Discipulis significat se non diu absenturum, sed ab amore cogendum ut brevi eos consolaturus revertetur, promittit. *Modicum, & viderit me.********

7. Hanc proprietatem nostri Dei ipsam parabola filii prodigi, quam Discipulis proposuit declaravit. Hunc juvenem, postquam patris lares deserere decreverat, patrem adules, cumque sollicitasse, ut haereditatem sibi debitam largiretur, quia vellet vivere iuxta suum beneplacitum, ac eam expendere juxta proprium votum recuset. Pater eum non repellit, sed quod ei debeatur numerat, ac alterum filium etiam ei dandam suam partem contentat. *Dirigit illis substantiam, Filius prodigis nomini etiam opera suorum, quia peregre profectus est in regionem longinquam, & paucis tempore, dissipavit substantiam suam. Ad mendicitatem adeo intolerabilem redactus est, ut in agros porcorum immundorum culturae deputatus, pane, ac aliis necessitatibus victu destitueretur, & ad tales terminos redactus sit, quod cupiebat implere venter suum de flegas, quas porci manducabant. Demum dum in hanc partem miseriarum se deturbatum, nec praesens suam necessitatis aliquod esse remedium vidit, in metrem reducens commoda, ac splendidiorem vitam servorum in domo patris, oculis lacrimis re-*

mandatis, labrisque suspiria trahentibus dixit:  
*Quasi mercenarii in domo patris mei abundant  
 panibus, ego autem hinc fame pereo!* Resolutionem,  
 quam prudentissime concepit, audite. Ad pa-  
 trem reverenti decessit, & ut oculos in me pietatis  
 conspiceret dignetur, tria observare proposui. Pri-  
 mo me tecum proclamabo: *Pater, peccavi in cae-  
 lum, & coram te.* Secundo me indignum, qui  
 vocer ejus filius confitebor: *Iam non sum dignus  
 vocari filius tuus.* Et quid evenit  
 propterea rectum adduceret: *Fac me sicut unum  
 de mercenariis tuis;* Pater, qui velut pater eum  
 amabat, & amor est impatientis mora, se continere  
 nequam, nec flammam amoris comprimere va-  
 leas rogationem filii praevenerit, ac famulis, ut si-  
 ne mora de omnibus necessariis ei providerent,  
 praecipit: *Cito proferte solum primam, & induite  
 illius, date annulum in manu ejus, calcamenta  
 in pedibus ejus, & adducite vinulum saginatum,  
 & manducemus, & epulemur.* O pater amorose,  
 appetite amorem, quo sagrasti erga filium, ita  
 cum patre dimini, ut in impatientiam actus tem-  
 poris non indulgetes, demonstretti hic  
 cum omnibus expostionibus per patrem illum fa-  
 milias Deum benignum, ac amorosum, per fi-  
 lium prodigum namque quem nostrum signifi-  
 cam volo. Nunc cum sancto Patre Augustino  
 cur filius prodigus: *Non addit, quod in  
 illa meditatione dixerat, hoc est, fac me sicut unum  
 de mercenariis tuis?* Licitemur. Patri familias  
 amati filium prodigum, imo Deo diligenti,  
 qui dum amat creaturas rationales, ut eorum in-  
 dignitas laecorret: *Non sustinet moras, causam  
 differimus.* Sic Divus Petrus Chrysologus re-  
 spondet: *Non dicit unde venit ubi fustit ubi sunt  
 quae talis quare tantam gloriam, tanta turpitu-  
 dine commutasti?* tot supplicis tempus falli non  
 vult. Sed cito proferte solum primam & induite il-  
 lum: *videtur quia delicta non videt vis amoris, tar-  
 dum misericordiam pater nescit.* Procrastinatio ge-  
 nio nostri Deo non convenit, qui discedens a suis  
 discipulis post abitum se non diu emanatum  
 prosequatur. *Moticum, & videbitis me.*  
 8. Bili actioes nostri Dei humanati ad libel-  
 lum revoceus, eas quasi ex alis velocitatis pro-  
 duces ex quo temporis decursu completas re-  
 parerunt: De primo, ac principali opere ad extra  
 a rebo areno patato, dum in mundum in ure-  
 no virginico carnem nostram assumpturus descen-  
 dit, & discurremus. In consistorio Sanctissimae  
 Trinitatis, ad Virginem caelestis nuncios aman-  
 datus, qui cam electam in Matrem Dei, esse

nec nisi solum ejus consensum requiri, decre-  
 to sancitum fuit. Angelicus patanymphus ut ad  
 eam pervenit, comiter omni cum submissione,  
 nescio, si dicam illam dominam, vel deam his  
 verbis: *Ave gratia plena, salutavit, & dein sub-  
 junxit: Dominus tecum;* sed quomodo? forsan  
 per essentiam, per potentiam, per praesentiam, per  
 gratiam? Id ego non nego. Sed cum Deus in aliis  
 creaturis est per modos supradictos, ac in aliis etiam  
 per gratiam, Angelus nil speciale dixisset de  
 Maria; ergo Deum modo specialiori, quam in  
 aliis fuisse in Maria dicere voluit. Hinc ait qui-  
 dam sacer expostor: *Dominus tecum, non tantum  
 per essentiam, potentiam, & praesentiam, ut est in  
 omnibus, nec solum per gratiam, ut est in aliis ho-  
 minibus, sed per carnis assumptionem, quia corpus  
 divinitati unitum, fuit formatum ex Beata Virgi-  
 nis purissimus visceribus, & sanguine.* Nunc, si  
 Deus Angelum velut legatum ad Mariam, Mis-  
 sus est Gabriel Angelus à Deo, destinavit, cur ejus  
 responsum in caelo non expectat? cecur, ante-  
 quam legatus adfret Mariae, Deus è caelo discedat?  
 quamobrem verbum alas sic implumavit, ut  
 praecurrendo suum mandatum, praevenerit le-  
 gati adventum ad Mariam? *Dominus tecum. Non  
 de futuro erit, sed de praesenti, est tecum.* Ego Ga-  
 brielem credo consulum, ac stupore suffixum;  
 ac si dixisset: adsum ut tibi verbum esse tecum  
 indicem, sed jam illud me praecurrisse, & esse  
 tecum video, ac invenio. *Quod considerans Ange-  
 lus non dixit Dominus venit ad te, para ei hospi-  
 tium, exorna corda tua thalamum, sed ostendens  
 haec omnia parata esse, & Dominum ante ipsum ve-  
 nisse, dixit, Dominus tecum.* Ego nullam aliam  
 causam nisi incarnationem, cum sit opus amoris,  
 nec reditum Angeli, nec aliquam dilationem ad-  
 missile adducere possum. *Amer non sustinet mo-  
 ras.* Hinc ait Divus Hieronymus: *Dominus te-  
 cum, mira res, & iam cum Virgine erat, qui ad  
 Virginem mittebat Angelum, non praecessit nun-  
 ctum suum Dominus.* Et Divus Bernardus admi-  
 rabundus. *Quomodo, qui Angelum miserat ad Vir-  
 ginem, ab Angelo inventus est esse cum Virgine,  
 interrogat. En causam, quae proposito nostro  
 quadrat. Itaque velocior Angelo fuit Deus, ut fo-  
 stimantem nuncium, celerior ipse praeveneret ad  
 terras.*  
 9. Praeterea in operibus pro bono particula-  
 rium personarum factis id videamus. Filium Dei  
 urbi Hiericho approximantem ingens caterva  
 stipabat. Quidam caecus in publica via stipem  
 rogans, tot transeuntes audiens, cum videre non  
 pos-

Luc. 1.  
 Didacus  
 Stella in  
 cap. 1. Lu-  
 ca fol. 45.  
 col. 2.  
 Idem ibid.  
 fol. 46.  
 col. 1.  
 D. Hieron.  
 Tom. 9.  
 Epist. 10.  
 ad Paulam  
 & Eu-  
 doch. de  
 Assump-  
 tione B.  
 Mariae. fol.  
 69. B.  
 D. Bern.  
 super Mis-  
 sus est.  
 hom. 3. fol.  
 34. col. 1. C.  
 C 3

Handwritten notes in red ink on the right margin, including the word "Didacus" and other illegible characters.

Lucas  
cap. 18.

posset, curiositate motus, quid hoc novi in ur-  
be esset, scire auebat. Interrogabat quid hoc es-  
set; & responsum tulit; Quod Iesus Nazarenus  
transiit, cum ergo benedicia, quæ paratæ  
intellexisset, & largiter omnibus suas gra-  
tias dispensare sciret, subito in clamores erupit,  
& Dominum, ut sui miseretur, rogavit.  
Et clamavit dicens, Iesu fili David miserere mei.  
Et non obstante quod à multis acerbis verbis  
perstringeretur, ac silentium sibi indiceretur:  
Et qui præbant, increpabant eum ut taceret, ille  
magis vociferari cepit. Ipse vero multò magis cla-  
mabat, sed filius Dei, qui ad se humiliter, reve-  
reter, & cum fide confugientibus semper pro-  
pitiu8 fuit, Quid tibi vis faciam? interrogat: at  
respondit, Domine, cæcus nonni8 visum flagi-  
tat, ego qui nunquam conspexi. Solem, videre  
Solem desidero. At ille dixit, Domine, ut videam.  
Audite N. quid Servator replicavit: Respice; sed  
quomodo vult videat, si non habeat potentiam  
ad videndum? prius necesse est, ut det illi posse  
respicere; antequam actus videndi sequatur;  
vel etiam Deus cæcitatem, quæ est impedimen-  
tum visionis tollere debet, ut actus secundus ha-  
beat. Ah amor divinus, quo Redemptor erga  
illam creaturam ferebatur, ordinem naturæ in-  
vertit, & potentiam actui postposuit, & nec-  
dum expulsâ cæcitate, eum videre voluit. Hinc  
dicit S. Lucas: Confessum vidit, non ait, confes-  
sum abstulit ab eo cæcitatem, confessum dedit ei po-  
tentiam ad videndum, sed confessum cadit supra vi-  
dere, confessum vidit. Absque mora, ac dilatione  
ullius momenti conspexit. Ingeniosa hæc specu-  
latio divi Hilarii, ac Dionysii Carthusiani est:  
In quo patet potestas, & magnificentia Salvatoris,  
eius visionem mox sequatur supernaturalis esse-  
ctus, tanquam potestati vè miracula facientie; cui  
secundum quod Deus est, & infinita potentia, com-  
petit agere in instanti quando voluerit, sicque inter  
ipsius dictum, & factum non extitit medium.

10. Quid inter filium Dei, ac Centurionem,  
eujus servus, qui incurabili in valitudine preme-  
batur, jam jurisdictioni mortis consignandus  
erat, evenisse sanctus Marcus recenset, in men-  
tem revocate. Accessit ad Iesum Centurio. Sed cur?  
ut ei morbum periculosum servi indicaret? Euer-  
meus jacet in domo paralyticus, & male torquetur.  
Hic sisto, ac eam solam infirmitatem proponete,  
nec aliquam medelam flagitare observo: cur non  
dicit, Veni, & impera infirmitati, veni, & sana.  
Fortan nimium elatus erat: fortan dedignabatur  
Christum minimè, nam in persona propria ipsum

accessit. Accessit Centurio, & quamvis nonni-  
li cum alijs misisse dicant, tamen ego credo  
Divo Matthæo dicenti: Accessit Centurio. Vnde  
sane eò magis duo verba addite, vel ut veniat,  
vel ut suâ virtute, quam omnipotentem, ut  
infinitam credebatur, sanitati eum restitueret, po-  
terat. Ego cum non solum significasse morbum,  
sed & remedium rogasse credo. Sed Chri-  
stus, qui ejus cogitatus penetrabat, qui ejus  
vota perspiciebat, ejus supplicium non respici-  
vit, sed subito paratum, dicens: Ego veniam,  
& curabo eum, se declarat: ac si dixisset, esto  
nil aliud dicas, te intellexit, quid factu opus  
sit scio, voti compos eris. Nota prescriptum Centu-  
rii animum ad benefaciendum, & sanandum para-  
lyticum, quo plus offeri centurioni, quam ipse  
meret. Et sanctus Basilii Seleucien8is subnectit  
quod beneficio preces anteverit, sed mihi necesse  
satisfactum, & aliud dubium meati meæ est  
ortur; Si Christus se venturum, ut eum è para-  
lysi liberet, Ego veniam, & curabo eum, dixit  
& cur postea non ixit? eigræque verbis suis non  
stetit? eum impeditum ab ipso Centurione  
dicente: Non sum dignus, ut intres sub tectum  
meum, Respondere possit. Hæc verba reveren-  
tiæ, modestiæ, ac humilitatis esse effectus suo.  
Ergo ipsemet, sicut ipse centurio in persona  
eum supplicaturus accessit, ire debuit. Dicit,  
N. si Christus ipsemet ivisset, an non gratia ad  
certum tempus, quod eundo consumpsisset,  
fuisset, dilata: absque dubio, quia ut homo con-  
potens erat, corpus à medio, ne in momento  
ad terminum ad quem pertingat, detineret.  
Quid ergo fecit Verbum incarnatum? non ixit  
in propria persona, ne sanitate differret, & suâ  
virtute ad eum se conferendo, in instanti ad in-  
firmum pervenit, & ideo sanatus est parvo  
hora, imò verba do Dionysii Carthusiani, eodem,  
ut puto momento, quo Christus verba hæc protulit, Centurio  
vel quo centurio ea audivit.

11. Alias variis observationibus ex doctis  
sanctorum Patrum petitionem latronis, ac filii  
Christi respositionem ad eandem ponderavi-  
mus. Alteram adhuc cujuslibet sensu inge-  
niosam, ac mysteriorum audite. Hic milie-  
rabilis, imò potius dixerim felix, & for-  
natus, furtis deditus supremo vitæ momento  
paradisum etiam elepete voluit. Sed ejus in-  
cutionem, ac obsecrationem, quæ Christo fi-  
lio Dei factus est supplex, attendite. Memorat, Luc. 23.  
ait me dum veneris in regnum tuum. Vitam in-  
ter, ac mortem degebat, & meo sensu testat

Dionys.  
Carthuf.  
in cap. 18.  
Lucæ. fol.  
219. fac. 2.  
E.  
Et D. Hi-  
larius a-  
pud eun-  
dem ibid.  
Matth.  
cap. 18.

plura qui, nisi vivat, vel factis concesserit, nescit, loquitur. *Memento*: an forsitan Deo memoria est facti laboris, ac labilis, ut tui, quid actum opus sit, in memoriam restituere debeas? mei, tui? si tui recordetur, necessario tua scelera vindicabit. *Dum veneris*. Ergo actiones Dei, quae tamen tempore non sunt inveniuntur, sed sunt supra tempus, tu tempori aliter vis? idcirco futura non longe abfuit, sed ei omnia obiecta praesentia sunt. In regnum. Vivens vasallus dicitur fuisse, & mortuus in regno caelesti dominari praesentis? mille inferos es promeritus, de sedne. *Regna*, regna, ac coronas speres? *Tuum*. An nescitis facere nationale, ex illo, quod totius personis individuum competit? nihilofecit, divinus crucifixus haec omnia curata non curat, libellum acceptat supplicem, gratiosum ac remittit recipit, & gratiam in illo tenore, ac circumstantia, ut audieris, concedit. *Hodie mecum eris in paradiso*; omnia bene, quia Deus ad hoc est benivolus, ac urbanus, ut devotè & suppliciter ad divinam pietatem confugienti nil denegat. Sed illud *hodie*, non solum in speculationem, sed & in hupotem me agit. *Hodie* honoris responsum Christi latronis supplicae non congregate patem. Hic ait: *Memento mei, dum veneris in regnum tuum*. *Dum*, & Christus respondet *hodie*: *Tu dum* quadraginta dies, post quos crucifixus Redemptor gl'ose suscitatus caelum subivit, connotat. Ac si dixisset: *Domine id gratia*, ut non *hodie*, sed post quadraginta dies regnum mihi largiaris caeleste obsecro. Hoc ego contentor. Christus vero jam latroni convertito bene affectus, mihi dicere voluisse videtur. *Cum veneris in regnum meum*. Et quò sit possibile, quod amor, quo erga te fecerit carum tempus, decus sum scilicet quadraginta dierum expectet? Non. Non, *amor non* *postulat*. *Hodie, hodie, non dum veneris*, sed *hodie mecum eris in paradiso*, hoc est, ut explant tanquam pater Augustinus, *subito in istu oculo caelum transtulit*. Et divus Ambrosius: *Hodie mecum eris in paradiso*; non in aliud differit tempus, sed *hodie* alterum reseratur, ipsa hora, quae *paradisu* Deum suscepit, suscepit & latronem. Hic Augustinus Praeful. Emittentorum confirmat: *Hodie mecum eris in paradiso*, tanquam si diceretis: *Quid me, si solitus meus comes, & unicus tanti te* *paradisu* in tempore exorandum putas, ut in diem *paradisu* meo memineris tui? *quid me ad praesentem* *paratum longe distimulas? quid in* *paradisu* quela solam in te perfectam fatigas? *Hodie,*

*hodie mecum eris in paradiso*. Amor qui inter nos intercedit, nullam dilationem temporis, vel diei patitur. *Amor non sustinet moram*.  
 12. Filium Dei resurrexisse res est certissima, & qui id negaret, ille unum mysteriorum principalium fidei nostrae inficiaretur, si Christus non resurrexisset, inanis esset fides nostra. Et revera hoc est certum; sed quoad tempus resurrectionis ejus difficultas movetur. Ille se per tres dies, & noctes tumulo conditum, declaratae Jonae exemplo confirmat. Sicut Jonas fuit in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic eris filius hominis in corde terrae. In corde, id est, in terra, hoc est in terra, sicut cor est in terra corpus hominis, quia Christus in cruce mortuus, quoad corpus positus fuit in sepulchro. Hic nil est quod replicem. Cardio in hoc velatur, quomodo per tres dies, & noctes sepulchro additus fuerit, quia quoad noctes ego duas, nempe illam quae immediate sequitur diem veneris, ac illam quae sabbatum (in fine enim hujus, & ortu diei Dominicae valde mane resurrexit) tantum numerat posse iudicio. Ergo sunt duae noctes, & non tres. Iuxta hunc computum duae tantum noctes reperuntur, quibus Christus fuit in sepulchro. Tres fuerunt dies, sed non totales. Idem ibid. & completi, nam tertius scilicet dominicus vix col. 2. osus fuit. Ideo dicunt scriptores; *Tres hodie* *idem ibid.* *dies naturales accipere, non integros, sed partiales per synecdochen, scilicet partem ultimam diei veneris, totum sabbatum, ac partem diei Dominicae; nam illius Aurora abscessente resurrexit.* Quomodo ergo dixit Ecclesia: *Resurrexit sicut dixit*? quomodo & Apostoli praedixerunt: *Resurrexit secundum scripturas*? varias responsiones Scriptores adducunt; nonnulli esse locutionem per periphrasim, ac dies esse naturales, & usuales volunt. Alii esse dies, ac noctes juxta morem Romanorum, qui testantibus Macrobio, Aulo Gellio, Plinio, *A media nocte in aliam dies computabant, turn* *asserunt.* Et juxta hunc computum certum est, quod tres dies, ac noctes non fuerint completae, & ut auctoritas sanctus Augustinus, sanctus Hieronymus, Theophylactus, & Beda, est locutio per synecdochen, quae pars pro toto capitur. Vide D. P. Et si juxta doctrinam divi Thomae tribus noctibus, ac diebus tumulo recondi voluit, ut Manichaeos monstra hareticalia dicentes Christum non fuisse verè mortuum confunderet, eorumque errorem detegeret, en verba sancti: *In hoc confunditur error Manichaei dicentis, quod non in veritate mortuus est.* Ergo ut eos melius convinceret, *Math. sol. tres 38. col. 3. H.*

Math. 11.  
 Cornel. à  
 Lapid. ibi.  
 sol. 265.  
 col. 1.  
 Idem ibid.  
 col. 2.  
 Idem ibid.  
 col. 2. C.  
 Macrob.  
 lib. 1. Sa-  
 Plin. lib. 2.  
 c. 27.  
 Aug. de  
 consensu  
 Evang.  
 lib. 3. c. 24.  
 D. Thom.  
 in cap. 12.  
 Math. sol.  
 tres 38. col. 3. H.

Handwritten notes in red ink on the right page, including the word "LITURGIA" and other illegible characters.

tres dies, ac noctes totales in sepulchro transmittere debuit. Quis ergo resurrectionem Christi acceleravit, & terminum completam trium dierum ac noctium prævenit? ego amorem grandem, quo erga Discipulos ardebat, causam fuisse, ut dilationem impatienter ferret, nec cursum trium dierum, ac noctium præsolari posset, credo. Amor est impatiens mora. Discipuli mei afflicti, ac desolati sunt, visceribus meis hærent, quamlibet horam, ut eos videam, meoque aspectu consolet, mille annos reputo. Amor moram trium dierum, ac noctium totalium non patitur: tempus præscriptum præventionem truncare volo. Ab affectu, quo erga eos fero, cogi me, video. Amor non sustinet moras. Hinc Eusebius Galli-

*Euseb. Gallie. l. 5. Bibl. PP. de symbolo hom. 2. fol. 554. col. 2. G.H.*

canus: *Quid est quod dicit, tertia die resurrexit, cum sexta Sabbati die jam inclinante transierit, & Dominica nondum lucente surrexit, & solus dies Sabbati in medio fuisse monstratur.* Ah diutius moram trahere non potuit, ignaviaque frena rupit, & tempus trium dierum abbreviare voluit: *Verè ergo mortuus est, & verè post hoc abbreviatum tri-duum resurrexit.* Nil ergo miri, si discedens sanctè se brevi reversum Apostolis promittat; *Iterum modicum, & videbitis me.*

23. Nos qui tanquam Christiani ejus insistere vestigiis deberemus, quam longè non ab illo distamus? ille nos adeo tenerè amat, ut dum agitur de nostro bono, momentum differre non possit, & nos adeo in iis, quæ bonum animæ nostræ concernunt, ac in gloriam Dei redundant, desides sumus? id ex eo, quia animæ, ac amoris Dei non afficimur, oritur. Si Ecclesia sit adeunda, si ex officio Christiani mille auscultanda, homo ad id non posse induci videretur. Si religioso sit recitandum officium divinum, illud potius putridum, quam bene maturum Deo offerre, nec unquam hora bene agendi reperitur; sed si postea res sit de Dei offensis, de seclere aliquo perpetrando, potius hodie, quam cras illud opus agredimur. Et jure dici potest. *Cum Deus tam diligens sit ut nobis det bona, nos per oppositum diligentes sumus ad malum, & pigri ad bonum.* Vix Aaron à Domicellis Israeliticis fabricando vitulo torques, annulos petierat, ac illico omni auro se privantes illud ejus manibus configurarunt: *Fili Israel nondum Aaron verba finiebat, quando dederunt ei jocalia, & in aures ad idolum fabricandum.* At in gratiam Dei, pro sublevamine pauperum, nec obolus artis vilissimi erogatur. Et quot rogo non auri, ac argentei quotidie lumbus, vanitatibus, proflibulis impenduntur?

*Didacus Stella in cap. 15. Luc. fol. 372. col. Idem ibid.*

ut operibus virtutum nos demus, pedibus, oculis, & manibus caremus, sed ut vitia ac impudicium sensum nos impendamus Argi, atque hinc sumus: nulla est via tam ardua, ac difficilis quam non aggrediatur. Non sunt ei pedes plumbi, sed alati: *Veloces pedes eorum ad ascendendum jugum.* Et merito dici potest. *Imperat virtus, & dormimus, imperat vitium, & curramus. Faciles sumus ad vitia, & desides ad opera virtutum.* Vos si Deum amatis, bene operari non differite, sique ante hac fuistis inertes, nunc id emendate, ac corrigite, & hujusce rei hoc mane promittite in opibus JESU Christi elemosynam largiendo signum ostendite, & quietam.

PARS ALTERA.

14. SI generaliter ad opera pia in honorem Dei redundantia, orbis inertia, ac negligentia pius est; nihilominus plures se hinc manifestos negligentia declarant. En nam scripturam. Moyses, ut iusta legis observanda à Deo accepit, totam populum convocavit; & que eis promulgavit, & severè servari præcepit. *Assumenque volumen fœderis, legit audienti populo.* O quot sunt, qui ad præceptiones superenturum caput movent, & recalcitrant? & nihilominus totus populus Moyses adeo numeratissus, & aliquot millenis coactans uno ore se paratos exhibeat, ac sub pœna offensæ divinæ, & Moyses disgratiæ incurrendæ, quacunquè etiam ex necessitate se non transgressuros illa præcepta figurant. *Omnia que locutus est nobis Dominus, & faciemus, & erimus obedientes.* Septuaginta velut habemus qui in glossa interlineari legunt, *faciemus, & audiemus.* Hic modus loquendi dicitur Augustino nempe primo, *faciemus, & postea audiemus,* non placet. Audiri executionem præcedere debet. Prius lex sancti, deum legem, & jussa audire, postea in opus illa redigere oportet. Ergo dicere *faciemus, & postea audiemus,* ordo inversus est. *Cum videatur ordo populari audiemus, & faciemus.* Et quod magis demerit est, quod Divus Pater Augustinus Tò *audiamus* loco *intelligemus* substitutum esse asserat. Hæc ejus sunt verba: *Audiamus pro eo positum est, quod intelligemus.* Hæc ego non possum capere, quia experientia, & tota Philologia mihi contrarium suadent. *Audire ad intellectum, facere ad voluntatem* pertinere res est certa. Cum voluntas sit cæca, ac debeat duci ab intellectu, hincque voluntati verum, & falsum, bonum, & malum prope-

proponere debeat, intellectus precedere debet. Hinc Aristoteles, ac omnium Philosophorum doctrina est. Nihil volumus, quia praecognitum, & nihil est in voluntate, quod antecederet non fuerit in intellectu. Quomodo ergo bene precedat praecognitum volito, ac facere audire? ni fallor, populus Moysi sedulo diligentem, & solemem obsecrationem, quo erga Moysen ducem suum, vel potius erga Deum ferebatur, à quo tot favores recitaret, contestati voluit, ut si res esset possibilis, primo mandata executioni daret, quam audire, ac intelligeret. Hic sanctus Pater Augustinus subnequit. Prius oportet verbis Dei reddere famam servitutem, ut ad intelligentiam earum veniam, qua ipso praecipiente sunt merito devotio, qua non contempta, sed facta sunt, ipse per-

11. In roborem cuiuslibet Christiani, qui incens, ac deses est, in via salutis, & servitio Dei connotatis loco, id, quod de Eliezer servo fideli Abraham Scriptura recenset, adducere volo. Deus iurejurando seni patri Abraham se unigenito suo filio Isaac juveniculum, quae vultu cura venustatis flore certaret, in sponsam daturum promittit. Camelos plures instruit, ac nobilibus, & pretiosis muneribus ornat, atque in Mesopotamiam se cofert. Tulitque decem camelos de grege Domini sui, & abiit, ex omnibus bonis eius portans secum: profectusque perrexit in Mesopotamiam ad urbem Nachor. Rebecca occurrit, ac videns cum non minori comitate, modestiaque, quam venustate praeditam, puellam Domino suo convenientiorem reperire non credit, illam alloquitur; animam suam ei aperit, multa regalia donata, gemmas, in aures, & torques aureas ei largitur, & domum ejus petens ab ejus parentibus illam in sponsam suo Domino Isaac filio magni

Abrahami rogat. Omnes petitionem non esse malam intelligunt, & dum audiunt, Rebecca domum divitem intraturam, ac dominam, & madominam futuram, tam bono matrimonio omnes nullo dempto consentiunt. Matrimonio contracto Eliezer se viae parat, ut Isaac lætus nuntius sit. Nemo erat, qui eum instanter detineret non peteret, sed ille iter non differre jam resolvens ait: *Nolite me retinere, quia Dominus direxit viam meam, dimittite me, ut pergam ad Dominum meum.* Ac si dixisset, ego libenter adhuc per aliquot dies vobiscum manerem, si reditus celerà dominis meis mihi non fuisset mandatus, tunc enim aliquam excusationem invenire possem, sed quia Deus id iussit, ideo iter differre nequeo: *Quia Dominus direxit viam meam, dimittite me.* Qui Deum amat, eique servit, ille ejus nutus sine morâ exequi, ejusque iussa de die in diem rejicere non debet. *Si ab hominibus meis fuisset directa via, morulus possem tui: At quia à Domino est directa, necessum gressus maturare; in visis namque altissimo tarda nescienti molimina, qui celestia negotia negligenter agit.* In non procrastinandis divinis mandatis Eliezer vestigiis insistite. Et si servum imitari detrectatis; quin actiones Domini universi, qui, quia Apostolos tenerè amabat, reditum ad eosdem absque cunctatione promisit, sub oculos ponatis, reculare non debetis.

*Mosisum & videbitis me.* Et ite in pace.

Exod. 24. 26.  
Anton. de Esob. in cap. 24.  
Exodi fol. 219. col. 1.  
v. 56.



D

DOMINICA

Handwritten text in red ink, possibly a title or reference, including the word 'licab'.



DOMINICA QUARTA  
POST PASCHA.

Expedi vobis ut ego vadam, si enim non abiero paraclitus non veniet ad vos,  
si autem abiero, mittam eum ad vos. Joann. cap. 16.

ARGUMENTUM.

Nihil magis nos excitat ad bene operandum quam spes premii nobis promissi,  
ideo enim & Apostoli non sunt tristati dum Christus ascendit, & alii  
maximas difficultates superarunt.



Ociates ille magnus Philo-  
sophus interrogatus, quomodo  
republica bene possit governa-  
ri, & quomodo omnium animi  
cum satisfactione omnium lu-  
crari queant, cum boni in vita antur

2. Practicus nauta undis fluctuosis pelagi  
merces non committeret, nec vitam exponeret  
naufragiis, nisi post tot discrimina portum tra-  
quillum, & supra montes auti aeternum lucem  
videret? Quid nautae ratem pro fundo gurgitis com-  
mittit, si in unquam lucrum, nunquam portum de-  
sideratus occurrat.

Erasmus.

lib. 3. c. 8.

pramii respondit. Ita: quia spes remunerationis est  
calcar ad fortiter operandum. Non est ita, quae sine  
hac inertia non torpeat, nec est virtus quae diffi-  
cultate perterrita victrices non det manus, ac ad  
pedes otii non procumbat: Tolle spem praemii scri-  
bit sanctus Zeno, virtus sique univulsa cessabunt.

3. Ego mihi nequaquam perisactum, militem  
pectus obiectum onibus metallosum,  
vel se oppositum aciei hastarum, ac gladio-  
rum, nisi firmiter moneta sanguinis honores, &  
victoriam emere proponeret: Quid miles pro  
contemptis, si spem futura gloria non gerit unde ex-  
presse argumetot si tollat spem praemii, acia non  
veraque virtutes cessabunt: imò magnum Prae-  
slex Divus Gregorius adjungit: Quisquid mirabile  
nostre postillaminiat, hoc leve, ac facile spe  
remunerationis ostendit.

D. Zeno

serm. de fi-

de, spe &

charitate.

Et quis animum unquam daret speculationibus,  
& visum per liberos perderet, nisi verticem dia-  
demate virtutum circumdandum speraret? quis  
enim ait, idem Divus Zeno, virtutem amplectitur  
ipsam praemia se desine. Quando unquam inter so-  
litaria nemora frondosae sylvae neglecta inter-  
perie aëris per errantes sudarent venatores. Per-  
nosant venatores in nive observat Marcus Tul-

4. Discipuli Christum magistrum suum pas-  
sio post ab iis in caelum discessum audientes  
cor, ac animam transfigi scelerunt: Vado ad rem  
qui misit me: & quam acetum nuntiam? contra-  
stabat, ait Divus Pater Augustinus, humanam  
affectus, quia carnalis desolabatur affectus: Et quid  
eventit, quia hac locutus sum vobis, tristitia mens  
vitae vestrae: En omnes afflictos, en laborem  
spiritus, oculos lacrymis inundantia. Sed ut  
dierunt, Expedi vobis ut ego vadam, vobis hoc  
est, pro vestro bono: Et si abiero missam paracliti  
hilatant, matrem exponerent, vel quae  
mit, scilicet missionis Spiritus sancti, delectationem

M. Tul.

lius. Nisi spes capiendarum ferarum iis lapis Phi-  
losophorum esset, qui labores in refrigeria, in-  
commoda in delectamenta verteret? mundus  
nulli quam aulico, cui certae sunt afflictiones, in  
certam lacrum vitam laboriosorem, difficilio-  
rem, ac miseriosam dispensat, & tamen melle  
spei, quâ suo tempore praemium sudorum, & du-  
rae servituti sperat, nutritur. An lacrum Agricola  
molestias aestatis, difficultates hyemis tolera-  
turum putatis, nisi suo tempore copiosam spera-  
ret mellis? Quid agricola semina spargit, si sudo-  
ris sui praemium non colligat

D. Zeno.

Quid agricola semina spargit, si sudo-  
ris sui praemium non colligat

remittent, abicum Christi facillimè suppor-  
tata, ac spes præmii omnem tristitiam & ama-  
ritudinem pellit. Hinc Beda, *ideoque capaces*  
*hæretici non facti erant; non ultra de morte ejus*  
*curantur, sed de promissione ejus munere lata-*  
*re, & dum spem misericordie caelestis inspirat,*  
*profecti ab ægre tristitia mentem illustrando*  
*pullant. Verum quantum possit spes remu-*  
*nerationis ac præmii, hoc discussu videbi-*  
*mus.*

PARS PRIMA.

Sautem abiero, mittam eum ad vos.

Valerius Maximus recenset, Hegesiam Phi-  
losophum, ac Rhetorem tantâ persuaden-  
di valentia energiâ, ut quadam die de miseris  
humanae vite petrans, omnes auditores ut  
viam generis mortis sibi inferrent, persuaserit:  
*Cum sua oratione ageret de miseris vita humana,*  
*causâ dicendi facultate valebat peritâ, ut pluri-*  
*mos sponte se in mortem precipites darent. Porro re-*  
*tributio præmii quanto potentius ars declaman-*  
*di bona opera persuadat? Hinc Divus Paulus,*  
*ut Galatas ad opera virtuosa impelleret, nullum*  
*operantius medium, quam præmium his propo-*  
*nit. Bonum facientis non deficiamus, tempore*  
*autem suo metamus: en remuneracionem. Theba-*  
*ni rempublicam Lacedæmoniorum continuo*  
*in rigore felicitatis servari, sic ut nec minima in-*  
*curares ostentur discordia mirabantur. Hujusce*  
*modi oculum sciant, sapientem aliquem, qui sin-*  
*gula curiosius observaret, leges, ac modum vi-*  
*venti auctoritates, ablegarunt. Ivi, & omnibus ex-*  
*actè observatis Thebas rediit, senatum ingredi-*  
*ens, ac pro responso falcem instrumentorum,*  
*quibus iustitia in reos advertit explicuit dicens:*  
*Escaulis spectate o cives Thebani, quid Lacorum*  
*disziplinam sanciat, nemo apud istos vitiosus est im-*  
*pietas: sunt sua virtutis præmia, sunt & sua sceleri*  
*applicata. Si ergo hic rigor frenum fuit coëcen-*  
*dis delinquentibus, quomodo præmium non*  
*erit efficax, ut animos ad virtutem excitet?*  
*non sua virtutis præmia, sunt sua sceleri suscipi-*  
*lia.*

6. Sempiternus Grajus dum paucos milite,  
& quidem manipe cum Annonibus, & Lucanis  
dimicaturus esset, ut suos ad pugnam animaret,  
ac victoriam certam redderet, curque libertatem  
promitteret: utque velisari captum, desiderium  
consequendi præmium libertatis, ita eos red-

didit intrepidus, ac tam animosè pugnavit,  
ut hoste strato triumphavit. Hentius Quin-  
tus Anglorum Rex in Gallos irurus militibus  
suis spem præmii prædæ scilicet obtinendæ ante  
oculos obvertari continuo voluit. Hinc chara-  
cteribus aureis hæc, *imperii spes altera futuri,*  
 *vexillis incidit voluit. Regis Margaræ filius dum ve-*  
*nans in sylvâ ferocissimo quodam leone inva-*  
*dederetur, qui miserum dilaceravit principem,*  
*eumque occidit, Pater tanto dolore est confectus,*  
 *tantâ que irâ in feram exarsit, ut leonem occisuro*  
 *filiam in præmium polliceretur; Alcatoum hæc*  
 *Idem. 4. merces ita animavit, spesque præmii tantos ei spi-*  
 *fol. 766. ritus addidit, ut leonem discerpens exanguem coll. 2.*  
 *eum prosterneret. Alcatoum præmio illectus gene-*  
 *Ex Pau- rose servam aggressus eam confudit, ac, proinde gener sam in*  
 *Regis efficius congruâ fuit laurea compensatus. Attici,*  
 *Non ablimile Heroicum factum in facis Histo-*  
 *riis à pastoreulo David, dum illectus spe præmii,*  
 *quâ regio edicto devincenti Philistham, Mi-*  
 *chol. Saulis filia in conjugem promittebatur,*  
 *cum Eranidabili, ac Gigantæ illâ mole certa-*  
 *1. Reg. 17. men inicit lego. Virum, qui percussit eum, dicitur*  
 *25. Rex divitiis magnis, & filiam suam dedit ei, & do-*  
 *mum patri ejus facies absque tributo in Israel. Ge-*  
 *nerosus ergo puer, ut præmia illa obtineret, &*  
 gius id clarè expreſſit: audi Chriſtiane: Quis aſ-  
 cendet in montem Domini, aut qui ſtabit in monte  
 ſancto ejuſ? ille, qui quatuor conditiones habet.  
 Innocens manibus; et mundo corde: qui non acce-  
 pit in vano animam ſuam; nec iuravit in dolo pro-  
 ximo ſuo. Hæc ſunt quatuor media. Soli et inno-  
 centia manuum, puritas cordis, ſanctitas vitæ, ſin-  
 ceritas linguæ, per quæ in celum conſcendimus.  
 Hi ſunt quatuor, ſunt verba S. Anſilmiſti Thomæ, S. Thom.  
 Gradus per quos in vitam aſcenditur: Innocentia  
 in vita, puritas in corde, fruſtus in opere, veritas in  
 ſermone. Primum requiritur innocentia manuum, nec  
 hæc in alio, niſi quod alteri feceris, quod tibi vis  
 fieri, coſtituit; niſi aliud eſt, quam quod opera cha-  
 ritatis exerceat, fideliter diſpenſat aliarum faci-  
 litarum, & ſpecialiter pauperum, pupillorum, hoſpi-  
 talium, & locorum factorum. Hoc innocens ma-  
 nibus ſignificat. Præterea opus eſt puritate cordis,  
 qua ſanctorum cogitatum, & non terrenorum  
 deſideriorum, divinarum inſpirationum, & non  
 ſenſualium ſpuriarum locus eſſe debet. Sit ha-  
 bitaculum Spiritus ſancti, & non cloaca peccatorum.  
 ſit thronus charitatis, & non odi, ſit ſolum  
 virtutum, non ſentina vitiorum. Et mundo corde.  
 Hoc non ſufficit, ſed ſanctitas vitæ juugendæ eſt.  
 O quot animam habent rationalem, & vitam  
 ducunt beſtialem! quot ducuntur ſenſibus, &  
 non ratione vitam agunt ioceter, & ſi forſan ali-  
 cui rei ſe impendant, non eſt hæc aliud, niſi lu-  
 dus, ne gottationes illicite, oppreſſiones opera-  
 tionum, vindictæ, inimicitie, homicidia, aut a-  
 moreſ impudici, recreationes vitæ, non tantum  
 Deo, ſed & legibus mudanis exola. Edunt, bi-  
 bunt, dormiunt, & operationes potius belluas,  
 quam humanas exercereat; pejorem vitam Epi-  
 cureis, Atheiſtis agunt. Hi, & ſimiles: Acceperunt  
 in vano animam ſuam. Demum nitemini hanc  
 veracem, & non quæ ſerva ſit falſitatis, fictio-  
 num maxime in damnum proximi habere debe-  
 mus. Sed qui nam ſunt falſi hæc homines linguæ,  
 & verbis ignota? Mendaces filii hominum ut decipi-  
 ant. Aliud non ſpectamus, niſi proximum frau-  
 dibus, ac mendaciis circumvenire. Quot perjurii  
 ſunt, ut ei quod non eſt, fidem conciliant: quot  
 falſa

Iacob. 2  
 Valent. in  
 Cant. An-  
 gel. fol.  
 472. fol.  
 2.  
 Pſal. 23.  
 Pſalm. 23.  
 208. col. 1.

Handwritten notes in a large, stylized script, possibly a library or ownership mark, including the word 'liber' and other illegible characters.

*Psalm. 23.*  
*S. Thom. Vill. ubi supra.*  
 falsa juramenta ob proptium commodum, aut ut proximus perdat, emittuntur? Hi, qui jurant in dolo proximo suo, non ascendunt in montem Domini, neque stabunt in sancto loco ejus. Sed qui quatuor allata habet, cum Christo ad montem gloriæ ascendit, & cum eodem in folio æternæ beatitudinis sedebit. Si quis, verba sunt sancti Thomæ à Villanova, ergo hæc quatuor supradicta in violabiliter observaverit, si quis brevem istam scalam quatuor graduum solum ascendere procuraverit, hic accipiet benedictionem à Domino; hic ascendet in montem Domini, & stabit in loco sancto ejus: hic perpetua felicitatis gaudiis perfruetur æternis cum Deo, & filio ejus unigenito Jesu Christo. Quiescimus.

ALTERA PARS.

*S. Bern. serm. 2. de Ascens. sol. 210.*  
 13. SI hæc solemnitas fuerit miraculorum prodigium, colophonem format cum Divo Bernardo, qui Ascensionem complementum, & finem omnium actionum, ac solemnitatum nostri Redemptoris vocat, possumus: nam sicut finis, aut causa finalis est causa causarum; sic Ascensio adeo fit portentosa, ut merito, quod sit solemnitas solemnitatum, ac terminus omnium operam Christi affirmare quimus. En Divum Bernardum aperte loquentem: *Consummatio enim, & adimpletio est Ascensio reliquarum solemnitatum, & felix clausula totius itinerarii filii Dei.*

*Isa. 11.*  
 14. In hac solemnitate affirmante eodem sancto, Salvator se esse Dominum omnium creatorum ostendit, & talem eum agnovit terra, quando ad impetiosas ejus voces: *Lazare, veni foras*, promptè obedivit. *Et statim prodit.* Mare quod semper est turbidum, nec unquam serenam frontem exhibet contra impulsam naturæ non solum tranquillatur, sed & solidum, ac firmum ejus plantis sustentandis factum est. Infertus, aut limbus, cujus portas diffregit, ejus nutibus tremens sededit, & homagium debitum præstando animas sanctorum Patrum, quas obscuro suo carcere concluserat, ejus dominio consignavit; solum ut velut Dominus universi possessionem aeris, ac Empirei acciperet, relatabat.

*S. Bern. ubi supra.*  
 Respat ut videntibus Discipulis per mediam aeris, Dominus ascendens super omnes calos, & tunc probabatur, quia Dominus universorum tu es, quia omnia in omnibus adimplesti.

15. Divus Pater Augustinus mortem Jesu Christi vespero, ac nocti, non solum, quia Tene-

*bre facta sunt super universam terram; sed etiam quia Sol iustitiæ ad occasum mortis declinavit, comparat. Resurrectionem confertur coram, quæ valde mane est resuscitatus, & velut Sol in ortibus orientis, ex occasu tamen tumuli functionis ac fatalis prodit. Ascensionem porro assimilat meridie, quæ Sol maxime suos splendores soltat, radios dilatat, ac maxime micat. Fortitan Ascensionem tanto præ reliquis festivitatibus est prodigiosior, quæ Sol majores splendores in meridie, quam mane, aut vesperæ emittit, docere voluit. Hæc tria mysteria David prævidit. *Vesperæ, & mane, & meridie narrabo, & annuntiabo, & exaudis vocem meam.* Vesperæ, en montem. Mane, en Resurrectionem. Meridie, en Ascensionem. Hinc sanctus Pater Augustinus: *Vesperæ Dominus in cruce, mane in Resurrectione, meridie in Ascensione.* Enarrabo vesperæ patientiam orientis: mane annuntiabo vocem Resurrectionis, meridie orabo, ut exaudias seculum ad deitatem trahis.*

16. Mentem vestram à N. ostensum illud mysteriosum illius curus, quem quatuor animalia vehabant vati Ezechielii monstratum, videat. Primum hominem, alterum bovem, tertium leonem, quattuor aquilam exprimebat. Similitudo vultus eorum, facies hominis, facies leonis, facies bovis, & facies aquilæ desuper iterum quatuor. Hoc curru vita nostri Redemptoris, vel ejus humanitas mihi figuratur; quatuor animalia sunt quatuor actiones principales quas patravit. Facies hominis incarnationem, quando Deus homo factus est, vel ut scribit Apostolus: *In similitudinem hominum factus, & habitu invenit ut homo.* denotat. Bos teste Pterio Valeriano laboris est symbolum; idcirco Romani, ut gloriam ademerat, honores, nonnulli laboribus obtinere dicerent; bovem coronatum, ac floribus serratum depingebant. Præterea cum sit animal deputatum sacrificiis, ut apparet ex Levitico, ubi quatuor tates bovis litandi præscribuntur, mortem significat. *Masculum immaculatum offeris ad præstandum tibi Dominum.* Et Divus Cyrillus hoc bovem figurat esse Christi patientis, ac in eadem crucis Patri æterno oblari affirmat. In leone Resurrectio Christi expressa cernitur. Nam sicut bestia generosum animal dormit oculis apertis, ut vigilare videatur; sic Dominus tumulo conditus velut homo in fomae mortis dormiebat, ac velut Deus vigilabat. *Ego dormio, & non meum vigilat.* Quatuor exprimebat aquilam, quæ Ascensio Filii Dei designat. Hujus leonis



facti Divus Ambrosius. Sicut enim aquila humiliter  
 non desinit. Et calorum vicinia conscendit, ita et  
 calorum humanitas inferni deserit, et paradyssi altiora  
 penetra. calorum festigia penetra vit. Sed cur potius  
 aquila, quam aliter animalis hac Ascensio com-  
 paratur: ego idcirco crediderim, quod sicut aquila  
 la com fit Regina avium reddetur prodigiosa,  
 sic haec solennitas inter alias miram se ostendit.  
 Est opinio moderati cujusdam scriptoris  
 Hispani, cujus sic verba Latina reddo. Hinc  
 colligitur, quod sicut aquila est Regina omnium a-  
 vium: et aliter carera volat: sic hac festivitas  
 omnium festivitatum Christi velut Regina est,  
 et aliter quam reliqua alas levat. Et quod hoc  
 sit verum: quomodo vates de aquila loquatur,  
 audite. Ecce aquila desuper ipsorum quatitur. Ita:  
 quia in incarnatione: Examavit: semetipsum formam  
 servi accipiens: In passione, & morte ad il-

los terminos se reduxit, de quibus Isaias: Non eras  
 aspersus, neque decor. Verum in Resurrectione  
 quidem e sepulchro radiis gloriae cinctus prodit,  
 sed nihilominus a dante inter miserias hujus mun-  
 di remansit, nec solum dexterae Patris dignitati  
 ejus debitum obtinuit, sed in Ascensione non  
 solum in gloria adeptus est primos honores, sed  
 & thronum Emptrei conscendit. Unde haec so-  
 lemnitas praeter reliquis esse prodigiosorem, ac  
 portentosiores apparet. Sic citatus scriptor alle-  
 git: Si ergo haec festivitas antecellit reliquas, justum  
 est, ut Ecclesia singulare gaudium in ejus celebra-  
 tione ostendat. Et vocet eam festum admirabile, ut  
 revera est.

Potio cum verum sit objectum mirum potius  
 silentio, quam verbis celebrari, silentium (cum  
 voci meae id sit impossibile) portenta hujus fe-  
 stivitatis, extollat.

## DOMINICA SEXTA POST PASCHA.

Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre Spiritum veritatis, qui à Patre  
 procedit, ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis,  
 quia ab initio mecum estis. Joan. cap. 15.

### ARGUMENTUM.

Ostenditur contra Iudeos ex Scripturis Veritas essentia, & Trinitas personarum, Mes-  
 siam, Deum & hominem venisse, legem veterem desisse.

**M**agna res, quod difficultas, quin-  
 imo dixerim impossibilitas repe-  
 tiatur, veritatem nationi Hebraeae  
 persuadendi; Haec adeo adhaeret  
 illis, & non minus caecam, quam pertinacem  
 non cognoscenda, & fatenda veritate se o-  
 stendit, ut nomen inimicae veritatis, & faultrici-  
 sitatis non curet incurtere. Qui, ait sanctus  
 Doctor Augustinus: Veritatem conculeat, & qui  
 proinde mendacium, uterque verus est. Sed haec gens  
 obstinata, & oblitata, vel ut dicitur in Hebrai-  
 ca: *Castro levi, Castroborei*, hoc est dura cer-  
 nice, & corde facit quidquid velit; nam ut  
 scribit D. Bernardus: *Talis est veritatis status*  
*in illa Dominica.*

ut etiam multis impugnantibus, suscipitur, &  
 crescit) non obstante, quod veritas evangeli-  
 ca verissima sit, prout certum est. Solem luce-  
 re, ignem ardere, terram esse firmam, caelum esse  
 mobile; attamen ne naufragant, ut olim fastidie-  
 runt manna, spiritus paraclitus ait Christus e cae-  
 lo adit, ut illam veritatem testetur. Cum vene-  
 rit paraclitus, ille testimonium perhibebit de me. *Joan. 15.*  
 Praeterea à Apostoli à vobis etiam predicabitur,  
 ac clarè operibus, & prodigiis confirmabitur; Et  
 vos testimonium perhibebitis de me: Sed quan-  
 tumvis Hebraei essent testes oculati; nihilominus  
 non praebuerunt assensum, nec hodie Catholi-  
 cis credere volunt. Nempe potius opinioni-  
 nis

nimis falsè Thaletis adhaerere volunt, qui interrogatus, quantum distet verum à falso, ut gentilis: *quantum oculi distant ab auribus* respondit: *Nam ea tantum pro certis haberi a se debent, quae hominum cernuntur oculis.* Et quantumvis doctrina adit Platoniorum, quod *sua vestigia veritatis narratio*; nihilocius Hebraeis est in horrore, ac magis quam cibus infirmo, sel palato, insipida est. Et si ipis fas esset contra eum, qui illis hanc veritatem demonstrare nititur, majori crudelitate, quam Cambises contra sinceritatem Praeceptoris sive virent. Si hoc aeo. *Aeschilus* Philosophus refutaret, contrarium probans in Hebraeis suam propositionem, *Ad eam veritas valida est, ut omnes humanae cogitationes facile superet*, retractari cogere.

Man. lib. 18. apoph. Max. ser. 39. Stob. serm. 11.

Apud Stob. serm. 11.

2. Axiomata vera, et catholica, quae hae vaga gens credere renuit, multa sunt, sed tria praeteritum; primum pertinet ad mysterium ineffabile Sanctissimae Trinitatis, secundum ad Christum nostrum Redemptorem velut verum Messiam, tertium ad legem Moisaicam, & Evangelicam. Hinc à Hebraei, veltra perfidiae debellandae ad tria suadenda, nempe Deum esse unum in essentia, & Trinum in personis, Christum à vobis crucifixum, esse verum Messiam, legem Moysis defuisse, & Evangelicam esse observandam, me patro. Vos alloquor, à Christiani, & fideles, hoc me noster Redemptor docet, & in hodierno Evangelio anam persuadendi reperio. quo ad primum, *scdm veteris paraclitum*, en Spiritum Sanctum. *Qui à Patre procedit, ecce Patrem. Ego mittam vobis, viden filium.* Quo ad secundum, *Et vos testimonium perhibebitis de me, en Messiam; sed venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se prestare Deo, ecce legem Evangelicam, ad cuius praedicationem Apostoli, uti & factum est, persecutionibus petendi erant.* Attendant ergo tam Hebraei, quam Christiani, illi ut concordantur; hi ut consolentur.

PARS PRIMA.

1. Reg. cap. 12.

3. **I**n tres omnia documenta vobis à Hebraei à Patriarchis, & Prophetis data unum maximae considerationis, & consequentiae est, illud nempe, quod vobis magnus vates Samuel reliquit: *Timete Dominum, et servite ei in veritate.* Si huic veritati non obsequimini, nec Deum timeatis, nec doctrinam Samuelis infistitis. Discedere mysterio Sanctissimae Trinitatis idem est, ac Deum non timere, & à servitute eius se amovere,

quantum verum amovetur à falso. Scio vos nihil responduros, contrarium in Deuteronomio haberi, qui Deum Unum, & non Trinum docet. *Israel, Deus, Deus noster, Deus unus est, adeoque velut uni famularum, timorem adorationem, habere esse promptos.* Quod Deus sic unus, restituta certa, & nemo tam Hebraeorum, quam Christianorum dubitat, aut contrarium credit: sed & praeterea verum non est, non solum repugnare Trinitatem personarum, sed & insuper necessarium esse admittere, & confirmandam ex textu pro verbis allegato (qui tamen contra vos esse clare ostenditur. Porro nomen *Deus*, ibi ter repetit, non quod sint tres Dii, sed tres personae, quae unus sunt Deus, observandum. Ideo subdit: *Deus unus est, & non plures sunt.* Rabbi Simeon Benlobanus hinc Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum intelligi aperte alleric: *Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum explicitè profert.*

4. Hinc evidenter Deum esse unum in personis concluditur. Hujus ex libro Numerorum confirmationem habemus: dum Deos Moyses praecipit, jubet sacerdoti Aaroni, ut benedictionem filius Israel impetietur, & modum benedicendi praescriberet. *Sic benedixit filius Israel. Dominus faciem suam tibi, & miseratur tui. Cor, veritas Dominus cultum suum ad te, & det tibi pacem.* Ob tres personas, quarum quilibet est Deus, Tò Dominus ter repetitur; sed ut non strebet; unum tantum esse Deum, & unus solus. *Invocantque nomen meum super filios Israel.* Non dicitur *nomina nostra*, sed *nomine meum*, ut unitatem essentiae Trinitati personarum eorum repugnare ostenderet: *Fit enim prius tertium nomen dicitur repetitio, dum in fine nomen Dei in singulari dicitur conclusit ipsius Dei unitatem esse in tribus personis: respicit enim haec locutio pluralitatem personarum, quae est in divinis eorum unitate essentia.*

5. Ab Hebraeis, quem Deus alloquebatur, dum aere formationem hominis dixit: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram* scire vellem, quod allocutus sit Angelus acceptus, nec debet affirmari. Primo, quia cum Deo ad creationem non concurretur. Secundo, si Angelus concurrens, eum dicitur Deus: *Faciamus ad imaginem nostram*, sequeretur, hominem non solum ad imaginem Dei, sed & ad imaginem Angelorum creatum, cum ergo Moyses hominem ad imaginem solius Dei creatum adterat, nec verbum habeat de Angelis: *Ad imaginem Dei creavit illum*, veritatem reddidit, quod Angelus.

Angelum non sic allocutus. Nec poteritis vobis imaginari, quod cum seiplo verba fecerit, quia estis imprudentes videretur, qui cum dicitur imperfectioem, longius a Deo, quam esse a non esse debet. Ergo ad alium haec dicitur debet. Qui in saeculum non vult impingere, absoluet haec verba à Patre eterno ad Filium, & Spiritum Sanctum prolata fuisse, concedere debet. Et quantumvis qualibet persona sit Deus, sciamen ut unum tantum Deum esse ostendetur, non dicitur in plurali: *Ad imaginem, & similitudinem*, sed in singulari ad imaginem, & similitudinem. Quod dicitur Moyses expresse subdens: *Et creavit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam, ad imaginem Dei creavit illum.* Ergo et eo quod dicatur imaginem, & similitudinem, unitatem essentiae, ex eo vero, quod adiecta, faciamus, pluralitatem personarum credere, & affirmare debemus. Id etiam ex verbis à Deo post peccatum ad Adamum dicitur, *Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est*, roboratur. Et quamvis multi haec ironice dicitur purcent; quia tamen de seiplo loquitur in plurali, in Deo aliquam pluralitatem, non quo ad essentiam, quae est simplicissima, sed quoad personas concedendum necessarium est.

6. Dicite, quomodo intelligitis illum textum *Haec. Et nunc Dominus meus misit me, & spiritus meus.* Deus Redemptor per os Vatis hic loquitur, ideo loquitur. *Haec dicit Dominus Redemptor tuus, Iesus Christus, ego Dominus Deus tuus docens te vias, gubernans te in via quae ambulatae.* Subiectum, de quo hic est sermo, est missio. *Misit.* Ergo cum nemo seipsum mittat, persona mittens, & missa assignari debet. Personae mittentes sunt duae. *Domine Deus.* En primam: *Misit me,* en secundam, quae est filius incarnatus, *& Redemptor, & Spiritus meus,* en tertiam, & quia in divinitate non est pluralitas, dixit. *Misit,* & non *miserunt*; Ut veritatem fugiant, ad duo subterfugia ad veterari coningere possunt: dicent enim primo, ipsummet Iesum esse à Deo missum, ita ut *Tu me* Iesum esset, hoc absolute falsum est, quia ille, qui dicit *misit me,* est Deus; hinc Propheta subdit: *Haec dicit Dominus Redemptor tuus sanctus Israel.* Verum quidem est, Iesum fuisse sanctum, sed non erat Deus nec Redemptor, ergo de ipso locus ille nequit intelligi. Secundo dicere poterunt mittentem, & missum esse ipsum Deum. Nunc ut vestram errorem tueamini, in quosdam sermos, in quosdam absurda à vestra pertinacia pollicemini videte. Ut dixi, cum nemo seipsum

mittat, persona mittens à missa realiter distincta debet; si dicatis, Deum intelligi ut Deum, ergo mihi Deum distinctum realiter ab altero in divinitate assignetis, quod quam falsum sit, ipsi iudicate. Ergo credite veritati, & cum essentia divinitatis sit simplicissima, & unica, personarum distinctioem ob missionem confirmari.

7. Sapientissimus Salomon à Deo celum, & orbem regi, nec fiondem absque eius voluntate, & permissione moveri, persuadere volens, sic interrogat. *Quis ascendit in caelum, atque descendit? quis congregabit ventum in pupillis suis? quis ligavit aquas in vestimento? quis suscitavit omnes terminos terra.* Tacite omnia haec mita à Deo parati insinuat, & dein subdit. *Quod nomen ubi est eius, & quod nomen filii eius? O qualis novitas! ergone Deus sit filius!* Id asserente Salomone quomodo id negare possitis nescio. An non à Davide de filio Dei vaticinante, sic Deum loqui: *Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te,* introduci audis? & alibi Pater dicit: *Ex utero ante luciferum genui te.* Si homini à Deo perfectio generandi data, vultisne Deo illam ademptam? an non percipitis Iesum de illo loquentem: *Nunquid ego, qui alios parere facio sterilis ero? si decur filius, debet & admitti Pater.* Cum enim unus sine altero non possit esse, & duas personas distinctas, patrem generantem, & filium generatum. Si praeterea velitis tertiam, imò omnes tres divinas personas; Hunc discursum vetustissimum, & certissimum formemus. Primum mysterium sanctissimae Trinitatis non posse capi absque lumine fidei suppono, nihil omnino meliori modo possibili nonnihil illud illustrare studebo. Audite. Vel Deus est aequè perfectus, quam homo, vel magis, vel minus perfectus dicitur cum in infinitum esse perfectiorem. Homo ex sua perfectione est dotatus intellectu, quo cognoscit, ergo & hanc perfectionem Deo tribuere debemus; hinc sicut homo se in speculo contuens videndo sui imaginem, & similitudinem in speculo representatam, in mente conceptum, & ideam sui ipsius generat; sic Deus etiam actu intellectus in sua essentia velut in speculo seipsum conspiciens, in sua mente conceptum, ideam, imaginem, vel similitudinem sui ipsius generat. Nec haec imago est accidens velut in nobis; cum enim accidens dicat imperfectionem, & Deus sit perfectissimus, adeoque sit incapax accidentis, in eo substantia erit. En ergo imaginem

Proverb. 30. 4.

Psal. 2.

Psal. 109.

Isa. 66.

ubstantialem ab intellectu divino genitam. Hæc ergo imago genita, vel est eadem cum genente, vel distincta; & dico, quod sicut filius in humanis est idem omnino cum patre quoad naturam, & humanitatem, distinctus quoad personam, quæ est *Rationalis natura incommunicabilis subsistentis*, sic hæc imago genita ab intellectu divino in natura, essentia, vel divinitate est eadem entitas cum Deo, & consequenter Deus, sicut filius hominis, est homo. Quod etiam res genita sit distincta à genente, est certissimum; nam nihil seipsum gignere potest; Hinc sequitur generantem, & genitum esse idem in entitate quoad essentiam, distinguuntur tamen realiter quoad personam. Nunc ergo habemus duas personas realiter distinctas, cum hac diversitate, quod generas sit pater, genitus sit filius, generare enim convenit Patri, generari filio. Primo ergo persona dicitur Pater, secunda filius; Nam Pater est prior Filio, non tempore (sunt enim coæterni) sed Origine.

8. Nunc modum, quo assignemus tertiam personam Spiritum Sanctum investigemus. Dicant Hebræi, an Deus habeat voluntatem? Scio id illos non negaturos, & frustra probaretur, cum illi hoc fateantur, & si careret voluntate, non posset velle, & necessario concluderetur hominem, qui habet voluntatem, & vult esse perfectiorem Deo, quod dici non debet. Ergo Pater, & Filius, qui sunt Deus, habent voluntatem, cuius actus sunt amor, & odium. Hic scire velim, an hæc personæ se invicem amant, vel odio habeant? hoc ultimum non poteritis dicere, quia Deus seipsum odisset, quod esse nequit, Ergo se amant. Hic ergo amor ab ambobus productus non potest esse accidens, ut supra dictum, sed substantia, hoc est, terminus substantialis voluntatis primæ, & secundæ personæ. Hic terminus, quia originatur à Deo, & est in Deo, debet esse ejusdem essentia cum Deo, nec potest esse aliud quam Deus; sed quia productus debet distingui ab ambobus personis producentibus, non in natura, saltem in personalitate, et constitutum tertiam personam. Hanc vocamus Spiritum Sanctum; sicut enim in nobis spiritus significat impulsum, & motionem, sic enim amor proprium sit movere, & allicere voluntatem amantem ad objectum amatum, hic amor divinus dicitur Spiritus Sanctus. Datur præterea ipsi titulus sanctitatis, quia est Deus, & essentialiter sanctitatem includit. Ergo cum sint tres personæ, qui sunt

unus Deus, necessario esse unum Deum, & tres personæ, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, concludendum est.

9. Una ex his personis nempe secundæ personæ mundum venit, utero Beatissimæ & sanctissimæ Virginis MARIE naturam assumptura humanam. Sic vaticinatus Ilias: *Ece Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.* In Hebræo legitur *Elmah*, quod proprie significat virgo, ut affirmat Rabbi David Chimhi in libro Sarafim, hoc est, de radicibus verborum, & nomen Hebræorum. *Emanuel* interpretatur *nobiscum Deus.* Hic dicitur esse JESUS Christus, & fuit verus Messias per tribus respectus, à variis promissis. Hæc secundum punctum scio non minus reddi debet, quod Hebræi quam primum; nec vultus præbuit assensum quantumvis Apostoli paucis verbis, prout iis à Magistro eorum impostum fuit. *Ecce vos testimonium perhibebitis de me, hujusmodi tax restitui onium reddiderit.* Et quomodo id negare poteritis, si Scriptura clarè id affirmet, & fateatur? ergo solum quoniam addaximus quod si his non creditis, plures, quæ profertur periculis, allegari inaniter certissimè judico. Populo Hebræo sub servitute Babilonica genente, cum necdum terminus septuaginta annorum à Jeremia prædictus efflaxisset, Daniel magnus servus Dei præcibus sibi revelari, quando populus restituendus esset libertati, templumque, & civitas reedificanda poposcit. Deus ei solando Angelum Gabrielem ablegavit, à quo non solum liberationem, quæ per Regem Syriam facienda erat intellexit, sed etiam Redemptionem generis humani à peccato per adventum Messias, qui ab Hebræis occidentus esset cognovit. Et hoc numerando ab ipso momento, quo Angelus loquebatur, *Ab exitu sermonis in fine septuaginta hebdomadarum in effectum decederit dum fore ab Angelo audivit.* Revelationem Angelicam attendite. *Animadvertite sermonem, & intelligite visionem. Septuaginta hebdomade abreviata sunt super populum tuum, & super civitatem sanctam tuam, ut consumatur prævaricatio, & sit accipiat peccati & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & prophecia, & unguatur sanctus sanctorum.* Per hunc sanctum sanctorum ipsum et Rabbini Messiam intellegunt. Sic Rabbi Bafnaman: *Isse sanctus sanctorum non nisi Messias.* Et Rabbi Moyses: *Isse est Messias, & filius David sanctificatus:* sic etiam Rabbi Salomon. Potest ut vetum sensum hujus revelationis & dicitur.

D. Thom.  
1. p. q. 36.  
art. 1.

atingimus, primum, quot annos faciant septuaginta septimanarum, investigare oportet. Nonnulli Hebraei more nostro per septimanam intelligi septem dies volunt: sed quia sic septuaginta hebdomades non faceret, nisi creiter annum cum dimidio, intra quod tempus nec Hierosolyma est destructa, nec Christus occisus, hæc opinio redditur inverisimilis. Alii septimanam continere quinquaginta, vel centum annos asserunt; sed hoc est falsum, quia sic necdum civitas esset desolata, nec populus dispersus, nec templum destructum, nec sacerdotium ablatum, nec Christus occisus; secundum enim hanc assertionem eodem septuaginta hebdomades effluxissent. Sed verior opinio est, hebdomadam facere septem annos, adeoque septuaginta hebdomades continere annos 490. sic affirmat vester Thalmud in libro intitulato Abodazata, Rabbi Josue, Rabbi Salomon, Rabbi Abraham, & Rabbi Moyses, qui & volunt, septuaginta hebdomadas incipere à prima destructione templi, & terminari fuisse in destructione secunda, inter quam & primam intercurserunt anni 490. juxta computationem dictam. Hoc etiam deducitur ex Levitico: *Numerabis septem hebdomadas annorum, quæ faciunt quadraginta novem annos, & quinquagesimus erat annus Jubilæi. Similiter Laban ad Jacob ait, Rachel enim illi dandam, si adhuc per septimanam serviat: Comple hebdomadam, & dabitur quoque tibi ista pro servitute, quia servies mihi annos septem annis, & complevit hebdomadam illius, & dedit illi Rachel. Et subiungit: Comple servitium illi septem annis.*

10. Quis modo inficias eat, has septuaginta hebdomadas, vel 490. annos jam dudum effluxisse, cum à sola Nativitate, & morte Christi, præter quadringentos nonaginta numeratos, à visione Danielis usque ad Adventum Christi, jam efflaxerit anni 661. Nunc formo hoc dilemma: vel conceditis Messiam venisse, vel negatis? si negatis, cum jam effluxerint multis centenis annis septuaginta hebdomades, sequitur Danielem deceptum, & Angelum fuisse mendacem, quod dici nequit. Si vero scriptura, & ratione convictos vos fateamini, convenimus. Imò & potius, cum omnia vaticinia in Christi persona sunt impleta, cum mors, & ejus crucifixio præcesserit, cum civitas sit destructa, templum desolatum, sacerdotium, & sceptrum ablatum, & vos miserè dispersi Christum esse Messiam credere cogimini: Non video viam, quæ elabi possit, ergo vos convictos agnoscite, & Chri-

stum à vobis crucifixum verum fuisse Messiam credere. Dicit id vester Rabbi Ofsia. *Septuaginta hebdomada numerantur à primi templi destructione, usque ad destructionem ultimam, hoc modo, & dicitur hoc ordine. De Babilonis captivitate septuaginta anni, lam. 1. de ultimi templi destructione 420. qui simul juncti sunt 490. qui numerus est hebdomadarum septuaginta, in quorum annorum fine Messias venturus erat.*

11. Quid dicitis? unica scriptura forsitan vobis non satisfaciat? en aliam adfero. Moribundus Patriarcha Jacob, omnibus suis filiis cinctus, quid cuilibet obventurum eras, prædixit. Et specialiter de Juda sic dixerit. Bono sis animo mi dilecte, nec sceptrum nec regnum à te, & tuâ posteritate tolleretur, quousque veniat, quem Deus amandabit: *non auferetur sceptrum de Juda, & Dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est.* Chaldaeus legit, *donec veniat Messias, cuius est regnum;* ita etiam Hebraeus *donec veniat Silo,* quod significat Messias. Dicitis è Judæi, an non post mortem, & crucifixionem Christi sceptrum, regnum, civitate, & omnibus bonis exuti estis? ergo his stantibus, vel negare vaticinium Jacob, vel Christum fuisse Messiam fateri debetis. Sed video vos labia movere, & respondere velle per Tò *donec veniat, qui mittendus est,* intelligi Saul, qui è tribu Benjamin unctus est in Silo. Sed hoc non suffragatur, quia ei David, Salomon, & alii descendentes ab Hebræis successerunt. Alii dicunt, intelligi Jeroboam ortum è tribu Ephraim, qui Roboamo ob crudelitatem erga subditos sceptrum exuto ad solium est evedus, & sic sceptrum à Juda ad tribum Ephraim est translatum. Sed & hoc falsum est, quia post Roboam regnavit Abias ejus filius, postea Asa; postea Josaphat &c. Alii asserunt, intelligi Nabuchodonosor, qui per generalem suum ducem Nabuzardam Hierosolymam occupavit, & catenis vinculum abduxit Regem Sedechiam, ejus filios necavit, oculos eruit, civitatem, & templum destruxit, & populus partim est in servitutem redactus, partim perierit. Sed hoc sensu vaticinium non posse intelligi dico, quia sceptrum, & dominium est citantur ablatum per septuaginta annos; nam postea successores habuit Zorobabel, Efram, Neemiam, dein Machabæos, qui centum viginti quinque annis, usque ad Herodem Idumæum, instar regum, teste Josepho, regnarunt. Quia tamen post mortem Christi, usque in hodiernum diem, sceptrum à Juda esse ablatum est certissimum, necellario concludendum

*Rab. Ofsia. in lib. Cæditione, usque ad destructionem ultimam, hoc modo, & dicitur hoc ordine. De Babilonis captivitate septuaginta anni, lam. 1. de ultimi templi destructione 420. qui simul juncti sunt 490. qui numerus est hebdomadarum septuaginta, in quorum annorum fine Messias venturus erat.*

*Gen. 40.*

*3. Reg. 12.*

*2. Paral. 13. 14.*

*Joseph. Heb. c. 11. de antiq.*

*Septuaginta hebdomadas*

Bened.  
Perer. de  
Benedict.  
Patriarch.  
lib. 10. con-  
tra Iudeos.

dum est, Prophetiam intelligi de Christo, eum-  
que esse Messiam a Deo missum juxta vaticin-  
ia præfata. Scio vos pertinaciter adhuc mihi  
Hebræi adhuc hodie in montibus Gasspi regnent.  
Sed videte annon in hoc eretis, quia præfatas  
provincias nunquam subivisse Hebræis legimus.  
Primo subiacuerunt Assiris, & Chaldaeis, postea  
Medis, & Peris, dein Alexandro Magno, pos-  
tea Græcis, & Parthis, hodie partim Turcis,  
partim Peris. Cum ergo Lepro suis orbari sub  
adventu Christi, virtute prophetiæ Jacob, non  
potest negari, quin fuerit verus Messias.

12. Adeste o Hebræi, & mecum discutite.  
Deumne justum, vel injustum asseritis? justissi-  
mum. Optime, supplicium, quo mille, & ultra  
annis Deus vos punivit, alicui peccato commisso  
ascribi debet. Parentes vestri peccatum adeo e-  
norme, idololatram captivitate meo judicio cen-  
tum annorum fuerunt, & nunc poena vestra  
excedit centum, & mille annos. Si Deus est  
justissimus, suspicio a vobis minus crimea  
commisum, hoc non potest esse aliud, quam  
quod Christum crucifixum. Audio, quod mihi  
objiciatis dicendo: vos propter Christum a Deo  
castigati; nam cum se fecerit filium Dei, & sic  
ex stirpe vestra, tam graviter vos puniit, ob gra-  
vissimum crimen patrum; dum sibi indebitè  
Deitatem asseripit. Sistite: ego vobis statim  
os occludam. Si Deum occidistis, Deus velut ju-  
stus vos punire debet, quia nomine ejus vin-  
dictam sumptistis. Hoc vobis evidenti scripturâ  
probabo. Vestrâ Hebræi dum degenerati Setaim,  
se foemina Moabitum miserunt, quarum  
usu etiam idololatrarent. Hinc Phinees Elea-  
zari filius; videns conculcatum honorem divi-  
num, zelo motus pugionem arripuit, & duos of-  
fendentes Deum occidit: quod eum videret Phin-  
ces, arrepto pugione ingressus est post virum Israeli-  
tan in lupanar, & perdidit ambos simul, virum  
videlicet, & mulierem.

Num. 25.  
8.

Num. 11.

Num. 13.

Deo adeo placuit hæc actio ut non solum fue-  
rit placatus: Phinees avertit iram meam a filio Is-  
rael, quis zelo meo commotus est contra eos. Sed  
ulterius dignitate sacerdotali eum, ejusque del-  
cendentes in perpetuum remunerari voluit: Ecce  
do ei faciem federis mei. Et erit tam ipse, quam semi-  
ni ejus pactum sacerdotii sempiternum, quia zela-  
tus est pro Deo suo. Et expiavit scelus filiorum Israel.  
Nunc dato, & non concessio, quod Christus non  
fuerit Messias, nec filius Dei, vos rigore maximo  
cum punivistis, flagellastis, crucifixistis, & occi-

distis. Si Deus est justissimus, potius vos punire  
debet, quam punire debet. Et dum vos tam polli-  
capivitate plecti, signum est, quod graviter po-  
caveritis, & quod Christus, quem occidistis, verus  
Messias, & filius Dei a Deo missus, ut per adre-  
tum suum promissiones ab Archangelo David factas  
adimpleret. Consumitur prævaticinio, si non  
accipiet peccatum, debetur iniquitas, additur  
justitia sempiterna, & unguetur sanctus sanctum  
id est Messias.

13. Scio, o Hebræi, vos vaticinio Isaiæ multum  
tribuere. Erat in novissimis diebus, vel ut vobis  
dicitur in fine dierum preparatus messis domus  
in vertice montium, & elevabitur super cædes, &  
fluunt ad eum omnes gentes.

Quod per hunc montem alius sublimiorum  
preparatum velat domum Domini intelligitur  
Messias convenimus; nec vos, nec nos negamus.  
Sed in duobus punctis difficultatem facit. Pri-  
mum, quod Messias debeat venire in fine dierum.  
Christus jam venit, nec sumus in fine dierum, er-  
go non fuit Messias. Sed respondeo per finem  
dierum non intelligi finem mundi, sed tempus,  
quod duravit a Ciro Rege Persarum, usque ad  
destructionem secundæ templi, quo tempore in  
mundum Messias venire debuit. Hoc sententiam  
locutus est Hieremias: Et erit in fine dierum, et  
verti faciam captivitatem Helam, dicit dominus.  
Hanc etiam Phisafin adhibuit Jacob, dum illis  
dixit, congrega omnes, & nunciabo vobis, quod even-  
turum est vobis in fine dierum. Et certissimum est,  
quod noluerit intelligere finem mundi, cum  
enim tunc non viverent, nil eis contingere possent.  
Intellexit ergo tempus quo debebat venire Mes-  
sias, successusque eventus illis prædixit. Nec  
video rationem, cur hic sensus non possit attribui  
verbis Isaiæ: Et erit in fine dierum Alterum puni-  
tum, quod multum iactatis, est, quod fuerit ad-  
eum omnes gentes. Omnes nationes accurrunt, ut  
Messiam recipiant, & venerentur. Verum hoc lo-  
Christiani præstiterunt, ergo vaticinium non  
fuit verificatum in Christo, & consequenter non  
fuit Messias. Hic viderimus in sicco natate, quare  
omnes in Hebræo significat col, quod non tempore  
distribuitur universaliter, veluti in hac propo-  
sitione. Omnis homo est animal rationale quæ veni-  
atur de omnibus hominibus, sed a liquidando sig-  
nificat multitudinem, aut majorem partem, ut  
legimus in Genesi, ubi de tempore famis dicitur:  
Omnes Provincie veniebant in Ægyptum: Erat. Item  
men certum est, quod non omnes veniunt. Et sic  
primum loquens de setvo Abrahami Eliazar, quæ

de dicitur, juveni Isaac quaesitorum uxorem ait: Omnia bona Domini in sua manu; & tamen certum est, quod non omnes possessiones, domos, mobilia, & immobilia in manu portaverit. Cui ergo in Hebraeo multos, & non omnes signifi-  
 cavit & hoc declarat ipse Prophetas, hinc subdit, *Et dicitur populi multi, Et ibi gentes multae.* Vel postquam dicitur omnes, quia ex omnibus nationibus mul-  
 ti, utpote gentiles, Hebraei, Turcae, & alii infide-  
 lesis Christum crediderunt. En ergo Prophe-  
 tiam impletam, quam potius contra vos quam  
 pro vobis iudico.

14. Dum hanc instantiam debellatam video, vestram pertinaciam vobis suggerere aliam, & specialiter, quod recta vice templum Solimatum nunc edificare debeat, ut Zacharias praevideat, ecce vir meus edificabit templum Domino. Hoc a Christo non est factum, quis ergo illum credat fuisse Messiam, potero respondere primo: hoc non de-  
 bore intelligi de tertio templo; nam foret contra Hieremiam, qui dixit ne hoc expectetis: Nolite sperare in verbis mendacii dicentes, Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini. Id est factum est, si tertia vice templum aedificandum crederetis. Et tamen dicit ter templum Domini.

Secundo si velletis a Messia aedificandum tertium templum, ille aedificavit Ecclesiam, quae est congregatio fidelium, & Catholicorum. In tertium templum.

15. Aliam vestram pertinaciam ostendo. Dici-  
 tur: Pater annos Deus promittit Ezechiel, quod Deus reducet populum ad statum primae vum, atque dispersos, & captivos, morus pietate, civi-  
 tati restituet, & eripiet e manibus inimicorum? Nunc reducam captivitatem Iacob, & miserebor  
 animi domus Israel, & reducere eos de populis, & congregabo eos de terra inimicorum suorum. Idem promittit Deus in Deuteronomio: Reduces te Do-  
 minus Deus tuus de captivitate tua, ac miserebitur tui, & rursus congregabit te de cunctis populis, in-  
 quiescens ante dispersi.

Christus nos solum nos non congregavit, nec a captivitate eripuit, imo ob eius causam sumus dispersi & mancipii, unde tam falsum est, quod sit Messias, quam verum est, quod Deus sit Deus, & creavit mundum. Tace, o gens obstinata, & fias Deuteronomium, & Zachariam non loqui de moderna velle captivitate, sed de captivitate Babylonica, & Aegyptiaca sub tyrannide Pharaonis, a quibus fuistis redempti, & ex Aegypto ad libertatem promissionis introducti. Dicite, quot non

est vestris doctis Rabbini facti sunt, Christum fuisse verum Messiam? legite vestrum Rabbi Moysen Gerundem in praefatio Pentateuchi, & invenietis, Messiam nasciturum Anno post crea-  
 tum mundum num. 118. Rabbi Levi Berigneron ex Provincia Provinciae, qui super Biblia scripsit, & specialiter super Danielem, Deo gra-  
 tias egit, quod dignatus fuerit revelare tempus, quo venire debebat Messias, nempe anno supra dicto 318. Quid nunc dicitis Rabbini, veritati es-  
 scripturis, variis, rationibus vobis offensa acquiescite. Caput agitare videmini, Magna res est, quod bellae ferocissimae, O bruta maxime indomi-  
 ta cum tempore cieurentur, & pertinaciores bestis vos ostenditis: ego Deo rationem reddere non debeo ob non annuntiatam vobis verita-  
 tem, imò in vestrum ruborem volet Deus, ut in die iudicii compaream, & vobis sermonem hodie-  
 raram, quem feci, ut velum salstraris, quam mente fovetis, oculis subtraherem, objiciam. Et hoc vobis serviet ad majorem vestram poenam si non convertamini, & atrocior torquebimini in inferno. Quiescamus.

ALTERA PARS.

16. Cur o Apostoli adeo vos persequentur, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se prestare Deo? nulla alia est causa, quam quod legem Evangelicam, & Christi annuntiabit, quae Hebraei specialiter nolent recipere putantes nul-  
 lam praeter legem Moysis obligare. An aliquam habetis rationem, ob quam cenleatis legem Moy-  
 sis esse in suo vigore, nec expirasse? Scio, quod ad-  
 ducetis locum Isaiae, qui sermocinans de vestra lege dicit, illam duraturam in sempiternum. Et  
 feriam vobiscum pactum sempiternum. Et in Exo-  
 do. Celebrabitur cultus sempiternus. Praeterea subdit  
 Deus, Custodiant filii Israel Sabbatum, & celebrent illud in generationibus suis, pactum est sempiternum  
 inter me, & filios Israel, signumque perpetuum.

Isa. 55.  
 Exod. 12.  
 Exod. 31.

Sic & circumcisio Abrahae, & consequenter Hebraeis sub saedere sempiterno, praecpta fuit. Quis ergo negare poterit, legem Hebraeam non semper obligaturum. Quam quallo estis in erro-  
 rei: nam aeternum, & sempiternum non semper significant tempus sine termino, sed seripenta facta hos terminos adhibet, ut tempus diuturnum aut majorem, vel minorem temporis cultum ex-  
 primat. In hujus confirmationem promissio-  
 num, quas Jacob filio Joseph revelavit recorde-  
 mini. Deus apparuit mihi in Luz, benedixit mihi, & ait,

Genes. 17.  
 num. 7.  
 Vide Io.  
 Bapt. de  
 & ait,

Handwritten notes in the right margin, including the word "diab" and some numbers.

*Et ait, ego te augeto, & multiplicabo, dabo tibi terram hanc, & semini tuo post te in possessionem sempiternam.* Quae terra fuit Chanaan. Hic vos interrogat, an possit Jacob hodie possidere terram Chanaan? non: jam multis saeculis eam non inhabitant. Ex hoc deducere possum terminos aeternum, & sempiternum significat tempus, quod a posteriori habet finem. Evidentius quid dicam, Deus David stipulatam, ut ita loquar, pollicitus est, Salomonem eius filium in aeternum regnaturum, *Stabilitam Thronum regni eius usque in sempiternum*, & tamen regnum jam mille, & plus annis deliuit. Similiter de sacerdote Phinees sic spondit Deus? *Paulum sacerdotum sempiternum*, & tamen jam diu cessavit; Ergo non obstante, quod lex vestra dicatur sempiterna, eam jam defuisse absque difficultate credite. Praeterea in vestro Chadrin legitur, mundum sex mille annis duraturum, juxta hunc computum duo mille legi natura, duo mille legi Moyse, duo mille legi Messiae debent attribui. Apud Hebraeos aetas, hoc est tempus bis mille annorum dicebatur sempiternum, ergo cum lex vestra duraverit per mille annos computando a lege naturae usque ad tempus Messiae juxta Hebraeos, *sempiterna* datur se dici potest.

17. Quid creditis voluisse Deum inferre, dum per Hieremiam dixit adversariis vestris, *feriam eum domo Israel, & cum domo Iuda foedus novum?* nihil aliud, quam veteri lege mutatam se novam daturum: *Foedus novum*, hoc est, *Veritas Chadrin*. Haec lex differt a lege, quam dedit Moyse, *Non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum.* Et quoniam erit haec lex nova, si non illa Evangelica, quam promulgavit Christus: lex non scripta digito Dei in tabulis, vel lapidibus, sed divino verbo; impressa in cordibus Christianorum: *Dixit Deus, dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.* Vos respicientibus, cum Malachia Deum esse immutabilem. *Ego sum Deus, & non mutor.* Si prohiberetur vetus lex, & introduceretur nova, Deus esset mutabilis: *Deus quasi homo ut mutetur, nec us filius hominis potest mutetur.*

Si prima fuit bona, cur datur secunda? non potest admitti, quod praedicitur immutabilitati; Ast ego vobis contrarium ostendam, audite. Deus vult formare hominem, vultionem exequitur, & homine creato dicit ad Noe: *Paniter me facisse hominem: Dalebo hominem quem creavi, & facie terra.* Vult destrucere civitatem Ninive

spatio quadraginta dierum, *Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur*, & tamen hoc non est factum. Ablegat Prophetam, qui Regi Babiloniae denunciat mortem in penam peccatorum. *Mortuus, & non vivet*, & tamen hoc non est factum, quinimo ejus vira producta est ad quadecim annos. Praecipit Samuele, ut inungat Saulem regem, nihilominus post paucos dies dicit, *Proieci eum ne regnum Israel.* Nunc respondete, An Deus in his dici potest mutabilis. Si mentiri nolitis, dicetis, quod non. Cur ergo Deo vultis mutabilitatem assignare, dum illam legem observari vultis? hinc concludere possumus, primam defuisse.

18. Ergo respicite aliquando, & ab oculis velum, quod mentem obsecat, ab oculis tollite, ut veritatem clariorem luce, & Sole, quam non vultis nec potestis cognoscere, agnoscat. Hanc veritatem, quae est verbum Dei vobis praedicatum, aperite corda ut eam recipiatis, corda discipulorum vel ad miasilla emollite, ad hoc vos exhortatur magnus vates Israel: *Hodie vocem ejus audistis, nolite obdurare corda vestra.* Sed nisi filius, hic Propheta, qui fuit gloria Judae, & splendor solis, praevideat vos abetratos a via veritatis. *Et dixi semper hi errant corde, & non cognoverunt vias meas.* Et quid sequitur. *Aperite oculos quibus juravi in ira mea.* Loquitur in personam Dei. O minas terribiles. O quale vos infatigabilem invaderet? *Si introibunt in requiem meam.* Td s, in Hebraeo idem significat quod *Aperit* est non. Uade, sic explicante Davide, si Hebraeus a via, & veritate abetraverit, non obtinebit requiem caeli, sed inferno adducetur: *Nobis non dabitur in requiem meam.* O mihi cruciatu te rogo per merita tuae passionis, ne velis attendere perfidiam eorum, sed eos illustrare, ut eorum agnoscant, & detestentur. *Jacent in tenebris peccati, & sedent in umbra mortis. Illuminare eos, qui in tenebris & in umbra mortis sedent.* Ut etiam dicat Catholicam, & Evangelium amplectantur. Nos interim fideles te humiliter rogamus, ut gressus nostros in via pacis dirigas. *Dirige pedes nostros in viam pacis.*



DOMINICA PENTECOSTES.

Paracletus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quaecunque dixerero vobis: Non turbetur cor vestrum, neque formidet.

Joan. cap. 14.

ARGUMENTUM.

Spiritus Sanctus consolatur personas afflictas, opera imperfecta complet, ac pusillanimes animat.

CUM hoc mane excellentiam Spiritus Sancti, cujus sancta Ecclesia hodie incredibili jubilo festum celebrat, & descensum e caelo super collegium Apostolicum commemorat, vobis demonstrare debemus eam stylo Bernardi, facundia Ambrosii, eloquentia Chrysostomi, ingenio Augustini, doctrina Gregorii, energia Pauli, ad minus lapideum Hieronymi aut pretiosorem, gemmam exquisitiorum, ut eo percussendo meum peccatum poenitentiam, quo ostendam quam gravem mihi sit negotium tam difficile, quod omnem virtutem humanam superat, impetrare oportet. Sed N. quoniam lingua mortalis arguere non potest illud vel ob excellentiam nominis, vel ob incomprehensibilitatem substantiae, aut aternitatem personae assumere non veretur? quoniam facunda eloquentia petoratur, vel de processione ineffabili, vel de proprietatibus incomparabilibus, aut de attributis divinis innumerabilibus, ac infinitis in omni genere perfectionum, & excedentibus capacitatem intellectus creati non confunderetur? Quod dicitur Divus Hilarius: De Spiritu Sancto, nec caecum oportet, nec loqui necesse est: sed sciri a nobis, nec non esse, quia scimus, non potest: loqui autem de eo non necesse est, quia de Patre, & Filio auctoribus est. Et quidem puto an sit non esse, errantissimum, & est enim, quandoquidem doantur, accipiuntur, & possunt.

ritu, qui velut dator omnium honorum animas nostras gratis dicit, velut lux caliginosas umbras ignorantiae pellit, velut pluvia fertilitatem intellectus humani fecundat, velut radius mineras nostrorum cordium penetrat, verba mihi agenda sunt. De illo loqui debeo, qui juxta Beatum Valentinorum Paulem, operatur omnia in omnibus. B Thom 2 Vil conc 2 in die Pentecostes fol. 226. col. 1. docet omnem veritatem, testimonium perhibet spiritui nostro, quod filii Dei sumus, adjuvat infirmam mentem nostram, impellat pro nobis, si in peccato sumus, ipse nos arguit, si in servitute, ipse nos liberat, est paracletus, patronus, Doctor, custos, advocatus, & dux.

Illam personam extollere paro, quae per actum voluntatis ex Patre, & Filio procedit, & in consistorio sanctissimae Trinitatis tertiam personam constituit; illam, quae est ardor, quo Pater & Filius amorose se inflammant; illam, quae est nodus, quo Pater & Filius dulciter se stringunt; illam, quae est nexus, quo Pater & Filius indissolubiliter colligantur. De illo Spiritu, qui est lingua, ignis, focus, lux, dux, donum, digitus, flamma, amor, pluvia, fons, ventus, radius, aura, focus, qui creat, conservat, regit, ducit, fovendat, purificat, inflammat, illuminat, refrigerat, laetificat, sanat, solidat, renovat, vivificat, orationem instituit mihi incumbit: N. mihi potius obstupescendum, admirandum, tacendum, adorandum esse agnosco; sed ne devotam attentionem auditorum defraudem, solum Spiritum Sanctum hoc die Pentecostes e caelo venisse ut consolaretur, ut compleat, roborer, dicam. Ne dilectissimi discipuli ob meum abutim desolemini, Paracletus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo: ut in scientiis litis totaliter

perfe-



perfecti, ille vos docebit omnia; ut omnis timor a vobis abigatur, & corda vestra aimentur, ac erigantur, Pater aeternus Spiritum Solatorem vobis amandavit, Non turbetur, ait Beatus Simon a Cal-

stolorum delictorum corda suspiris gravata, & oculos lacrymis inundantes videbat, Cetero- um dixisse, mentem exortigit, lacrymas mit- tite; Misit enim vobis Spiritum paracletum. Cum sit amor, etiam mulcens est, quia amor mollem docet. Mox ergo, ut hodie dicit illi, in magister capella Apollolis mulcens Paracleti melos exquiritum, sonos suavissimos acta delictis- simis odanis replentes insonuit. *Factus est re- pente de caelo sonus: huc mulcens accinit Dicitur P. Augustinus; Et bene Spiritus paracletus a Christo discipulis promittitur, ut eos consolatur, ter- rer omnes tribulationes quas pro Christi et aut con- fessione possit.*

4. Vetum priusquam discursum aggrediamur, illud, quod narrat Plinius, & Diodorus, vos ad- monere non desinam. Nauta dum vaporem cer- nunt, qui postea migrat in ignem, serenitatem aetis, undarum pacationem, maris tranquillita- tatem augurantur; Dum ergo Spiritus Sanctus transformatus in figuram ignis: Ignis vibrante lumine, cur serenitatem vestrorum vulvum, tranquillitatem cordium, quietem attentionis non praedicam? vos devoti N. ne meum progno- sticum sit fallax agere, & incipio.

PARS PRIMA.

Paracletus autem Spiritus Sanctus, &c.

Quod Spiritus Sanctus appareret in forma linguarum Lingua figuram detulit; My- stericum non caret. Forlan se esse datorem facun- diae, is, qui mysteria fidei, ac excellentiam Dei depraedicant, denotare voluit: Venit, ait Salme- ton, in formam linguarum, & docuit loqui Apostolos, & praedicare magna Dei. Et D. Gregorius Papa: In linguarum specie solus Spiritus sanctus, quia ni- mirum, quos replevit, de se protinus loquentes facit. Et ille eruditus, ut sine illius virtute omnem linguam habuiticentem ostenderet, illius assisten- tiam sic postulans cecidit.

Antisiodorensis: Benedicat, id est multiplicet nos Deus Pater, benedicat nos Deus Filius, benedicat nos Deus Spiritus & sic multiplicet, ut tandem metuant eum omnes fines terra, ut tota terra creatorem colat, non creaturam. Hec Cardinalis Bellarminus concludit. Porro trina illa repetitio nominis Dei, quae in hoc versiculo habetur, quatuorvis affectum propheta significat, tamem insinuat etiam mysterium sanctissime Trinitatis.

9. Itaque

propheta annos Angelos caeli ante thronum Dei suavissimam componentes musicam, & triplicatis laudibus laudatis, Sanctus, Sanctus, Sanctus, concinentes audivit: teste Petro Galatino Rabbi Simeon per haec verba tres divinas personas intelligit: Sanctus hic, est Pater, sanctus hic, est Filius; sanctus hic, est Spiritus sanctus. Sic Andreas Cretenensis: Per sanctitatis nomen terito repetitum, in unum, divinitatis, quae in tribus hypostasis ex aquo

10. Apoc.

substitit, laudam deserunt. Sed cur multipliciter lectes

subdunt Dominus Deus Sabaoth, & non Dominus? docere voluerunt esse tantum unum Deum. Sic Remigius Antisiodorensis: Dicitur ter in hoc versiculo, & semel Dominus, ut ostendamus omnipotentem Dominum in personis Trinitatem habere, & unitatem in substantia.

10. Sed annos auditis, quod ispletem Christus oraculum veritatis suos discipulos hoc beato sanctum mysterium docet dicens: Eritis ergo baptizantes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: dicit in nomine non in nominibus. Quia quantum vis sint plures personae, sunt tamen unus Deus. Audite D. Hieronymum: unus est Dominus, & unus est Deus, quia Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, una divinitas est; Propterea, & in Filio dicitur, quia similiter in Patre, & in Spiritu, & in Spiritum sanctum, baptizantur, ter merito ut Trinitati unum operetur sacramentum: & in baptizantur in nominibus Patris, Filii, & Spiritus sancti, sed in uno nomine; quod intelligitur Deus. Et D. Cyrillus Hierosolymitanus subdit: Trinitas enim Dei unigenitus apertè dicitur Apollonius omnes igitur docere: spes nostra est in Patre, & in Filio, & Spiritu sancto, non tres Deos annos annos obmutescant enim Marcionista.

11. Ad majus robur nostrae fidei id quod Gregorius Tuonenfis, & Cardinalis Baronius scriptis consignant de lite inter Catholicum, & Arianum oborta, & postea prodigio decisa in memoriam, Auditores revocate. Arianus negavit sanctissimam Trinitatem oppugnabat, Catholicus intrepidus illam defendebat, & comburebat. Sed videas Arianum perfidiam non posse superant doctrinam, experientiam illam debellat: contemnas, aut Catholicus apponitur plenum aqum bullientem, inque annolis succiatur, & qui nostrum illatus ab aqua a vulum extrahet, a parte ejus victoria stet, & hitem vicile dicitur. Arianus pacis placuit, & in foro innotet a spectare cetera ad experientiam rem innotet quia Rex Catholicus, qui rem proposuit, primus esse debuit, vidensquam bulliendo existerem, nonnihil animam despondere videbatur. Hicinchus Diaconus val adit, & nudato brachio aquae immergit, & annolum illatus omnibus stupentibus extrahit. Porrum hoc actu actonitus, & confusus Arianus, & biidem obvolutum sperans, audent manum immisit, sed per veritatem lux parva non defuit, nam injeclta manu proximus si que ad ipsa effugit, internotis: omnino caro liqua facta defuit. Et sic, in terreatio suem habuit. Hoc miraculo veritate sua sublimis mysterii Deus testatum voluit.

Eladrian. Bin. l. 8. c. 6. fol. 431. vob.

Psal. 66.

Remigius

Antisiodorensis

in psalm. 66.

in Bib. vet.

PP. tr. 9.

part. 2.

Bellar. in

psal. 66.

ve. 6. fol.

383.

Isai. c. 6.

Rab. Simeon

Petr. Galat.

Andreas

Cretenensis

Per sanctitatis nomen

terito repetitum

in unum, divinitatis, quae in tribus hypostasis ex aquo

substitit, laudam deserunt. Sed cur multipliciter lectes

11. Hinc stabilendo Catalogum Theologorum adducere possem, sed nonnullos primæ tamē classis, & specialiter magistrum sententiarū adducere contentus ero: Hæc certis, & pia fide tenendum est, quod Trinitas unus sit, & solus Deus: tenamus ergo Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, unum esse naturaliter Deum, neque tamen ipsum Patrem, qui est Pater, non Filium ipsum esse, qui Pater est, nec Spiritum S. ipsum esse, qui Pater est, aut Filius. Pater essentia Patris, & Filius, aliud Spiritus S. quævis sit personæ, alius Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus, Divus Thom. Necessè est tenere tantum tres personas in divinis. Paternitas subsistens est Persona Patris, filio subsistens est Persona Filii, Processio convenit personæ, quæ dicitur Spiritus S. & per modum amoris procedit. D. Ambr. Deus est Pater, Deus Filius, Deus Spiritus S. non tamen tres Dii sunt, sed unus Deus tres habens personas. S. August. in Trinitate, quæ Deus est, & Pater Deus est, & Filius Deus est, & Spiritus Sanctus Deus est, & simul hi tres unus Deus, nec unus Trinitas, tertia pars est unus: nec major pars duo, quam unus est tibi, nec major aliquid sunt omnes, quam singuli, quin spiritalis hæc, non corporalis est magnitudo, qui potest capere capiat, qui autem non potest, credit, & orat, ut quod credit intelligat.

D. Hieronymus. Pater est Dominus, & unus est Deus: Quis Patris, & filii denominatio, una divinitas est. Propterea & filius una dicitur, quia similiter in Patrem, & in Filium & in Spiritum S. creditur, & baptisma unum. Eodem enim modo, & in Patrem, & Filium, & in Spiritum S. baptizamus, & iter meremur, ut Trinitati unum appareat Sacramentum, & non baptizatur in nominibus Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, sed in uno nomine quod intelligitur, Deus.

D. Gregorius Magnus. Credo in unum Deum, unum substantiam, unam personam, unam substantiam. Patrem ingenitum, Filium genitum, Spiritum S. nec genitum, nec ingenitum, sed de Patre, & Filio procedentem. Legit concilia, & Latæcane invenietis: Firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quod unus est verus Deus æternus, & immensus omnipotens, incommutabilis, & incomprehensibilis, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, tres quidem persone, sed una Essentia, substantia seu natura, simplex omnino: Tolerant quatuor, Patrem, Filium, & Spiritum S. unius Deitatis, atque substantiæ coæternæ in personarum distinctione Tri-

nitatem credentes: in divinitate unitatem præcantes. Eandem veritatem jure canonico repetitis. Firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quia in quod unus solus est verus Deus æternus, immensus, princip. & incommutabilis, omnipotens, ineffabilis, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus: Tres quidem persone, sed una essentia, substantia, seu natura: Pater à nullo, Filius à Patre, & Spiritus Sanctus ab utroque.

12. Non obstante hac veritate Theologica ex tartareis tumbis Cerberi trifaucis impii Arianæ negantes unitatem essentia, & Trinitatem Deorum astruentes, profuerunt. Respondere ô Arianæ. Dato, & non concessio, secundum vestram fallam doctrinam dari Trinitatem Deorum, vel unus alterum comprehenderet, vel non? si non, ergo Deus qui non comprehendit, Chm de ratione infiniti sit quod comprehendat omnis non erit infinitus. Et si non sit infinitus, cum infiniti Dei sit proprietas, quomodo possit esse Deus: itaque taceat, & factis dogmatibus Catholicæ fide adharete. Nonne auditis ipsum Deum asserere quod sit solus: videte quod ego sim solus & non sit alius Deus præter me.

14. Vipera proteæva, & virulenta Sabelliani mille sibilis sibilant, & passi non lacte fidei, sed veneno hæresum Trinitatem personarum negando se opposuerunt. Sed nonne igni calorem, nivi candorem, Soli splendorem se denegare vident? dicite annon in divinis doæ processiones una ad intra, & altera ad extra, una per actum intellectus, altera per actum voluntatis, dantur? ergo & duæ personæ productæ erunt, cui si addatur procedens, tres personæ erunt. Nec possunt esse plures tribus, quia cum non multiplicentur personæ nisi per relationes oppositas, cum hæc sint tantum tres, totidem & personæ tantum erunt, juxta Divi Joannis Theologiam: Tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres unum sunt.

15. Non solum Deus nollet ex misericordia hoc mysterium suis fidelibus dignatus est revelare, sed & infidelibus, fulminibus, ac pœnis illud demonstravit. Scriptores de impio Olympio, qui tempore Anastasii Papæ Constantino poli sanctissimam Trinitatem publice negavit, Trinitatis Deum fulmine subito cum percussisset, & neci dedisse referunt. Publicè negans mysterium Trinitatis, ante omnium oculos celesti fulmine percussus, vel ut scribit Paulus Diaconus, tribus vicibus jaculis miserabiliter interitus, corpus ejus in vineam redactum est, in testimonium quod ejus anima in inferno ardet.

16. Quid-



Tom. de  
Fragilitate  
Paulus  
Diaconus  
in Anast.  
& Pater  
in Trinitate

16. Quidquid haecenus dixi superfluum credo, quia non facio verba ad Sabellianos, Arianos, vel Hebraeos, sed ad Christianos, quia non solum hoc, sed & alia mysteria, fidei Catholicae firmiter credunt. Verum ego, dupliciter posse credi, semel speculative actu intellectus, secundo practice bonis nempe operationibus replico. Intellectu Patrem aeternum esse omnipotentem credimus; & tamen multi continuo eum offendendo, ac si potire non possent, impie eum negant. O quam caput esset, & timeret offendere Principem, qui certo scit confessioni non deferam poenam. si ergo credis, quod Deus sit omnipotens, cur non mittis eum, cur non emendas culpas? annon vides ejus te non posse effugere manus? credis speculative, & sapientiam filii confiteris, sed ex operibus tuis te hoc negare deduco. Dum tot patres scelerata, ad minus implicite eum esse caecum, nec videre, cum esse ignorantem, nescire quid facias, vel quales sint tuae inordinate cogitationes altimas. Ergo dum ab actionibus Christiano indignis non abstinens, eum esse caecum ignorantem, qui te non videt, & qui tua scelerata non cernit iudicis. Credis bonitatem Spiritus S., sed actiones tuas, dum vita tua est dissoluta, voluntas depravata, opera malitiosa, arguunt quod eam inficeris. Videris bonitatem Spiritus paraclyti abominari, & malitiam diabolicam te imitatorum ostendis. Hinc te de eorum esse numero, de quibus ait Apostolus. *Confitentur se nosse Deum, facti autem negant eum sicut abominati, & increduli. Et ad orationem opus bonum reprobi. Verificatur.*

17. Sunt, qui subtilitate ingenii plusquam oportet speculari volunt, forsitan id, quod meus Pater sanctus Augustinus dixit, ignorant: Nihil difficile quaeritur, nulli periculosus erratur. Hinc evenit, ut temeritas eorum in quendam scopulum eos pelat. *Notis, ait Beatus Valentinus praeful, mortales secretum hoc scrutari mysterium, hoc nolite sapere, nolite intelligere, audite audientes. Et solum credite, non hoc vobis praedare ad salutem, credere enim pietatis est, velle sapere temeritatis. Ergo amate Trinitatem, voluntate, corde eam veneramini, ut illud comidam, quod altera parte mei discursus enarrabo, reportare possitis. Interim quieto.*

PARS ALTERA.

18. Devotio erga sanctissimam Trinitatem, & insculptam illam cordi gerere, quam sit fidelibus proficuum ex figuris, quibus in scriptura adumbratur, deducere poterimus. Populus Israeliticus in Aegypto manceps erat; Deus Moyses & Aaron ad Pharaonem ablegat, ut ei significet, quatenus populum illum libertate donet, quam cum obsti-

natus Rex negaret, divina Majestatem ostendit, ut ad desertum Deo sibi lituram se conferret. *liberavit Deum Hebraeorum vocavit nos, ut in via trinum dicitur in solitudine. Et sacrificium Domino Deo nostro, ne forte accidas nos peris, ut gladius. An morte violenta pellis, vel ferri occubent, nisi prius sacrificet, & tus dies in aeternum insumant? cur hac poena in vorant, nisi per tres dies iter agant? annon se magis promptus erubere, si unum, vel duos dies impenderent, annos si sacrificium Deo gratius foret, aut dicitur illud. Numerus ternarius horum dierum figura est unum personarum, ait sanctus P. Augustinus; docere itaque voluit Spiritus S. quemlibet, qui in nomine hujus vite devotus fuerit sanctissimae Trinitati, eum ab omni malo, & ad veritatem, quae ei obvia re possit, securum fore. *Tres dies non incogitavimus dicere Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & hi tres unus dies, quia ergo memum si hoc sacrificium mysterium dicitur, via non perferunt. Patrem enim suo Filio, vel utrumque, sicut Spiritus S. praedicare, gladium, & pestem tanquam suis erroribus panas meretur. Hic numerus ternarius semper omen futurae felicitatis fuit.**

19. Ab Abrahamo rei veritatem flagitiosam. Deus ei, ad montem Moria se constitit, ubi, quod suum charissimum Isaac innolet, praecipit. *Abraham tuum quem diligis Isaac, & offer illum mihi in holocaustum super unum montem, quem monstrabo tibi. Senex absque mora iussa divina voluntatis excuturus ad montem pergit, & ut ad pedem ejus appulit servos sic affatur. *Exspectate hic cum asino, Ego autem, & puer illic in qua praeparantes, postquam adoraverimus revertemur ad vos. Quo fundamento motus Abraham, paulisper praestolentur, ferris jubet, & se quatuordecim Isaac reversum ajat, scire vellem. Quomodo redeat, si filii propriis manibus sacrificare debebat? quot diebus iter egerit, dum haec dixit observare. Die autem tertio elevatis oculis vidit locum procul. Dum tertium attigit diem, in tantum festul secum tacitus ait, hi tres dies stellae felices augurati sunt, necem non minantur, sed vitam spontent. Omnia verba sunt Chrylologi, dicit Dei filio, & tres servunt mysterio. Egregie hoc Pater Pontificis radientis allereus, ubique, vel umbra sanctissimae Trinitatis est; ibi omnes actiones esse figuratas, & felicem habere exitum explanat. *Patet diviniissimi ternarii adumbrat mysterium, sicut enim casum, non mortem Isaac cogitavit Abraham, sed illum incipit sacrificari quasi ad unum, & casu libe-***

Ad Titum cap. 1.

Augustinus ad B. Th. & P. con. 2. de Trin.

B. Thom. 2. 2. ad 1. con. 2. de Trin.

nam. Si ergo figura vitæ augmentum fuit Abrahama, quid Christiano non erit figuratum?  
 10. Et quia modo de numero ternario dierum agimus, ego felicem etiam cursum huius mei discipulis augurans tertiam considerationem istudem diebus addere volo. Magnus filius Dei de sua sanctissima humanitate, quæ templum erat Spiritus Sancti differtens, his Hebræos est allocutus. *Beatus templum hoc. Et in triduo excitabo illud.* Et non quod loquatur de templo materiali à Salomone edificato, expresse Evangelium declarat; illa autem dicebat de templo corporis sui. Si Deus temporis non subiciatur, cur vult resurrexerit non præcatur. Si dicatis, quod si subito à morte fuisset resuscitatus, Hebræos potuisse credere eum verè non fuisse extinctum, sed mortuo similem, ego eum post secundum, quartum, vel quintum diem potuisse resurgere oppono. Non: *In triduo excitabo illud.* Tres dies tres personas designabant; ab his ergo Christus omne nostrum bonum, resurrectionem à morte peccati ad vitam gratiæ, emersionem ab afflictionibus ad statum gloriosum dependere, ostendere voluit. Conceptus est sancti Ephrem Siri. *Potuerunt in momento, in situ oculi, omnia fieri, sed ob mysterium Trinitatis intra triduum hostem gratia legavit, non quod impotens esset eos (nimirum tres dies) agere, quæ oportebat, sed ut mysterium ostenderetur divinitatis: propterea et in tribus moris de fructu est, et draco devoratus est, et peccatum delatum. Intra triduum est, coelitus, et terra, et mare constituta sunt, ut etiam in eo Trinitatis demonstraretur mysterium, et tridua resurrexerunt, et propitiationis humane fructus, commemorant.*  
 21. Non sunt adeo tenebræ infensæ luci, quantum Daemon hunc numerum ternarium sanctissimæ Trinitatis symbolum averfat; Hinc animam illi tollit, elationem ejus deprimat, vires debilitat, ne offendere possit. In obtinatum Pharaonem, ut populum Israeliticum libertati restitueret Deus per Moysen, & Aaronem varia supplicia derivavit. Florum primum fuit, dum percussit aquam fluminis, quæ versa est in sanguinem, sic ut Ægyptios suis necaret. Et non poterant Ægyptii libere aquam fluminis, Magi Pharaonis, ut hanc transformationem non fieri virtute divina, sed fuisse naturalem ostenderent, suis incantationibus, & arte Dæmonicâ idem præstarent. *Fecerunt similiter malefici in Ægyptiorum incantationibus suis. Deus è virga Aaronis secundum potum prodire voluit. Et intendit Aaron*

manum suam super aquas Ægypti, et ascenderunt rana, tam ubertim ut terram operirent, sed ne Pharaon libertatem populo daret, Magi ut virtute humanâ hæc parata ostenderent, rursus similes fecerunt; *Fecerunt autem et malefici per incantationes suas similitur.* Dei iussu Aaron ad tertiam plagam Siniphum pergit, virga pulverem terræ percussit, & illico exercitus comparent, qui sibilantes tubis Ægyptios ad certamen allicere videbantur, & dein haffus unguium acerbe eos lancinabant. Hic Ægypti magis cecidit animus, nec incantationibus suis è terra Cinifes producere eis fuit possibile. *Feceruntque similiter malefici incantationibus suis, ut educerent Sciniphes, et non potuerunt.*  
 Hic scire velim, si magi ope diabolicâ, vel potius diabolus, aquam in linguam convertit, & applicanda à viva passivis ex putri matriâ rana produxit; cur non potest generare Sciniphes animalia multo majora? Propterea Moyses, & Aaron non prodigia puniendis Ægyptiis parantur, urpote generando muscas, occidendo animalia, producendo pulverem, qui lapsus super carnes hominum eas ulcerabat, tonitruum, grandinem, fulgura, ignes, locustas, tenebras profereudo, nec tamen magos suis incantationibus hæc attentasse legimus. Cur ergo non dicitur, *Fecerunt similiter*; sed potius, *non potuerunt*. Quis vires diabolus ademit? Strabo Sciniphes fuisse tertium prodigium, quod plebendo Pharaoni Aaron paravit, Responder. Hic numerus diabolo potentiam tulit, per hunc incantationes magicæ linguâ suâ virtute delituta sunt. *Notandum quia tertio signo vincti sunt magi, quia omnis perfridia, et mundana sapientia, vel Philosophia fide Trinitatis vincitur.* Et quis Christianum devotum sanctissimæ Trinitati, eamque suo cordi insculptam perentem damoate audeat? Incantationes, maleficia, præstigia maleficorum ei nocere non poterunt, imò ipsi demones robur perdunt, & confusi remanebant. *Omnis perfridia vincitur fide Trinitatis.*  
 22. Incredibile quid edicam, Hebræi fidei Christianæ hostes, & huic sacrosancto mysterio fidem negantes, ad minus bis qualibet die verba illa Deuteronomii: *Deus, Deus moyses, Deus unus est,* in quibus hoc arcana divinißimum Trinitatis personarum, & unitatis essentia continet diximus, profecerunt, & dum quolibet mane reverentia tumida illa proferunt, illo die nil sinistra obvertitur.

Strabo  
 pud Ioan.  
 Hæc in  
 Exod. c. 8.  
 v. 19. n.  
 97.  
 Deut. 6.  
 et ad Hebræos in 1.  
 Marcho 16.  
 C. Mes.  
 messi.  
 ab

Handwritten notes in the right margin, including the word "Strabo" and other illegible characters.

ab omnimodo se fore liberos estimant. Id relatione A dei nati Fini habemus. Tenetur singulis diebus saltem bis laqueum modi sex dictiones ore quilibet gel in lud. Iudaeorum dicitur: *Et profurre, in cuius recta mentis, vocisq; prolatione beatitudinem consistere volunt, unde singulis diebus, sui quibuscumq; matutinis laudibus dicunt. Beati nos qui quotidie mane, Et vespere bis surgimus dicentes, Deus, Deus noster, Deus unus est.* Si ergo Hebraei virtute mysterii ab his non crediti, sed & irrisi se euros credunt, quanto magis Christianus se saluum, & liberum, qui illud credit, reveretur, & adorat, censere potest.

26. Patriarcha Jacob, dum filios suos bene precaturus coram se huius iustitiae, morti vicinus erat, Iosepho benedicturus prius ad veritatem & infortuniam ab eo tolerata veluti persecutionem a fratribus, venditionem Israelitis, accusationem ab illa foemina, carcerem Aegypti ei in memoriam revocavit. *Sedit in fori arcus ejus, Et dissolutus sunt vincula brachiorum. Et manus illius per manus potentis Iacob.* Et quod sanctus Ioseph his verbis calamitates recentissimas intelligat Perentius, & Abulenensis testantur. Sed hic observandum pro verbo (potentis) in Hebraeo haberi *Albir*, quod nunc ex nominibus Dei, in quo tres litterae concurunt. *Alph, Hech, Resch*, quae litterae sunt prima in nominibus sanctissimae Trinitatis, *Ab, Ben, Ruah*, hoc est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Jacob ergo filium suum Ioseph liberatarum per manus potentis, hoc est Dei Trini, & unius affirmat. Sed quae de causa, eodem agitur de libertate sancti innocenti, interponitur nomen Trinitatem denotans: quid dicam nescio, nisi quod in tanta estimations ut iustus oppressus contumelias, & afflictus, quod sanctissima Trinitas in eo liberando laboret. Et quomodo Christiani, si fuerint ei devoti ab omnibus miseriis, carceribus, per manus potentis, id est Sanctissimae Trinitatis, excipiantur.

24. Hinc dixit Christus. *In ore duorum, vel trium stat omne verbum.* Quod sic explicat S. P. Augustinus: si duo contra te testes falsi stent, tunc, *In ore trium stat omne omne verbum.* Hoc est in tribus divinis personis defendentis. Hoc castus, & innocenti Susanna a duobus falsis testibus accusata contigit, statit verbum in ore trium; tres divinae personae per Danielem eam defendendo officium Advocati egerunt. Per hoc, ait Divus P. Augustinus, mysterium Trinitatis commendatum est: vis habere bonam causam? habeto duos. vel tres testes, Patrem, Et Filium, Et Spiritum S. Denique quando Susanna casta summa, solisque conyux, duobus falsis testibus urgebatur,

Trinitatis illi occulto suffragabatur, illa Trinitas de occulto unum esse Danielem occisoris, & hinc convicit.

25. Tres illi pueri dum adorationem flammis negarunt, flammis illius fornacis a Rege Babiloniae in se hinc sunt, sed ignis pro eo, quod constantiter, ventali fluxus eos refrigerantis vicissim irit, & his Angelus se junxit. Et excessus flammis ignis de fornace, Et fecit medium fornacis, quod ventum voris flammis, Et non tetigit eos immarcescunt, neque contriviscent, nec quicquam molestum tulit. D. Zeno caulam alligat, quod format, & Beatissimam Trinitatem representat.

Sacramenta Trinitatis, cum potentis elementis, nuda natura est, qui putabatur incendio exanimatus, emittens ventores in se. Gujusdam Regalium in valitudine laborabit, & a medicis desperata proclamabatur, lucipiebat mori. Pater Salvator adit, rogans, ut priusquam filius vita fuisset, ad domum suam se comiteret, filioque laetare reddere dignetur. *Defensio priusquam moraretur filius meus.* Christus eius fidem tenens, ab illa jam gratiam concessit, ait, *vade, filius tuus vivit.* Consolatus a videris sit obvis, quilibet nuncium referunt jam filium bene valere. Quirit, in qua hora velis haberi. Respondent, *Tri horae septima reliquit eam foris. Non est curam a magna mysterio, quod filium Regis Evangelica narrat septima hora ab infirmitate dimissam, ut Henricus. Numerus septenarius, & quatuordecim qui significat quatuor elementa, & tertium, quod trium personarum est symbolum coadunat. Et enim compositus ex ternario, Et quaternario, quod namque in ternario significat unum sanctum Trinitatis. Servator quam proficiat devotio, vel in vocatio sanctissimae Trinitatis sic docere voluit. Dum ergo septima hora filius Regis sanatus est, quatuordecim per se iam sanitatem totus homo consequitur, dum creatura creatorem suum agnovit, etque si digna humilitate, ac servitute subdidit.*

27. Ita, perhibente Pelbato, qui dum se feram sanctissimae Trinitatis declarat, manibus diaboli se surripuit. *Ego sum servus sanctissimae Trinitatis, Et demones fugierunt.* Ac D. Joan. Darius Constantiam depopulata, et depopulata, dum haec verba ab Angelo colata tres personas designantia. S. Deus, sanctus, sanctus immortalis, miserere nobis, illico discipulis commemorat. Et quia hoc mysterium ineffabile ab intellectu capi non potest, voluntate illud adoremus, corde illud adoremus, & cum beatissimo Patre, Filio, & Spiritu S. abito.

Gen. c. 49.  
Perentius  
Prophe.  
20. de lo.  
sep. h. in Be.  
negie. Es.  
riarch. f.  
8. n. 160.  
Abulen. c.  
49. in Gen.  
9. s. fol.  
746 col. 1.  
lu. K.  
10. Hage in  
cap. 13.  
Gen. n.  
29. 10. 3.  
Danie.  
c. 12.  
S. Aug. tr.  
36. in lo.  
cap. 2.



# DOMINICA INFRA OCTAVAM CORPORIS CHRISTI.

Homo quidam fecit cenam magnam, & vocavit multos.  
Luc. cap. 14.

## ARGUMENTUM.

Ostenditur excellentia Eucharistia, eaque beatitudini comparatur,  
imò suo modo praefertur.

**A** Niqui, ut investigarent, in quonam humana beatitudo sedem suam collocavit, quot labores non adhibuerunt? Beatitudo est proportionata humana naturae. Et ad quam homo per sua naturalia pervenire possit. Uade, si multi à proprio genio ducti ad illa obiecta ducti sint, quae nil praeter beatitudinis umbrae & speciem praeseferunt, nil mihi. Ille sapiens eum, qui à negotiis mundi libertus, & exemptus curis inquietantibus tranquillitatem mentis, & quietem cordis perturbantibus degit, beatum pronuntiat.

Beatus ille, qui procul negotiis  
Paterna rura bobus exercet suis.  
Solutus omni fœnore;  
Neque excutitur classico miles truci.  
Neque horret iratum mare.  
Foramque vitas, & superba civium  
Potentiorum lumina.

Hoc opinionioni adhaesisse Simonem Nicæum Laticus affirmat: Gaudere horarum secessibus, & solitudine. Thales in studio Astrologico, & contemplatione fiderunt se beatum credebat. Divus Thomas Villa Novanus Pitamiden beatitudinis super Obeliscum, virtutum aequant. Et si qua vita huius beatitudo est, non in divitiis, non in deliciis, non in honoribus, sed in virtute, & sanctitate consistit. Epilogum suarum fecerat. Lia filia Labani fecunditatem cecidit. Hoc pro beatitudine mea, beatam me quippe, Patet Dominicale.

dicent mulieres: Ecclesiasticus in fideli amico eam sicam asseruit. Beatus, qui invenit amicum verum. Ecl. c. 25. Salomon in sapientia: Beatus homo, qui invenit sapientiam. David in integritate vitae eam constituit. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, cap. 3. Et in via peccatorum non stetit; quae sic interpretatur Bellarminus: Qui declinat à malo, & facit bonum, illum esse beatum. Aliis teste Divo Ambrosio, beatitudo in summe, & copia divitiarum consistit: Hoc malum jam dudum humanis influxit mentibus, ut pecunia honoris sit, & animi hominum divitiarum amore captantur, & beatum quoque faciant vulgi opiniones pecuniarum divites. Sed si hi audita inventionem servi Evangelici mysticæ cœnæ animabus fidelium à Christo preparata interesse dignati fuissent. Homo quidam fecit cenam magnam, & misit servum suum horum cœnæ dicere invitatis ut venirent. Quintam essentiam veteris felicitatis, & æternæ beatitudinis, quæ beati caliculae sunt, ibidem reperissent; Hinc si ego à lagitore omnium bonorum fuisset vel invitatus ad mensam caelestem, in qua Deus beatis communicat gloriam: E o dispo vobis regnum, sicut dispo suis mihi pater, ut edatis, & bibatis ad mensam in Regno meo, vel ad hanc sacrosanctam Eucharistiam, ubi sub speciebus panis pretiosum corpus Salvatoris dispensatur, vocatus: Accipite, & comedite, Hoc est corpus meum. Potius pauperibus, debilibus, cæcis, claudis me jungens hanc adirem. Pauperes, debiles, cæcos, & claudos introducite huc. Nam esto forem viator, non minus

K

Proverb.  
cap. 3.  
Psal. 1.

Ambr. lib.  
2. de off.  
c. 31.

D. Lucas  
cap. 14

D. Luc.  
c. 2.

1. Cor.  
c. 11.

Handwritten notes in the right margin, including the word "dicar" and other illegible scribbles.

comprehensoribus me beatum censerem. *Qui manducat carnem Filii hominis, & bibit eius sanguinem, futurae felicitatis partem hic fruetur, & in caelo accipiet, Olympiodotus, & diva Catharina Senensis me animat. Totam divinam essentiam in hoc venerabili Sacramento recipit sub albedine panis illius. Ego o mensam caelestem! o cenam paradisi! o aeternam beatitudinem. Hoc discursus materia erit.*

*Olympiodotus in c. 5. Eccl. 5. Cathar. Senens. Tract. 3. cap. 110.*

PARS PRIMA.

2. **D**IVUS Ambrosius postquam essentiam, & quidditatem hujus cenae investigasset, tandem eam esse definitionem illius vitae aeternae, quae beati paradisi praemiantur, concludit, *Hic de Paradiso est cibus, in quo vita definitur aeterna. Sciunt Logici, quod definitio explicat naturam definiti. Conventus in vertitur cum definito, & nihil continetur in definito, quod non contineatur in definitione. Cum Eucharistia & beatitudo sunt Synonyma, & dicuntur ad convertentiam, velut animal rationale, & homo. Simagao Doctori Ecclesiae fident praeremus: Hac omnia ad Eucharistiam referri possunt; hac enim optime exponit naturam beatitudinis, & convertitur cum ipsa beatitudine. Qui cibum hujus cenae Eucharisticae fuitur, eandem sentit consolationem, quas comprehensores paradisi participant, nec aliquid possident beati, quo non fideles possidentur. Et si in mensa caelesti omnia bona imaginabilia contineantur, quia beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. In cena etiam Eucharistica velut in compendio omnes delicias desiderabiles gustamus. Parata sunt omnia: non ait, parati sunt cibi convivi, parata sunt epulae, sed parata sunt omnia, nimirum quia Deus in hac cena exhibetur nobis is, qui omnia est; quid autem in hac cena est, quod non sit exhibitum nobis? habet Deus in se esse infinitum, & essentiam infinitam, tres divinas personas, & attributa divina, habet in se super Christum corpus, & animam, & merita valoris infiniti, quid quae, horum nobis in hoc sacramento non datur? donatur nobis Deus trinus & unus, & Christus Dominus.*

3. A sponsa caelesti, quae ad utramque invitari digna fuit, veritatem rei eruamus. Duo ubera sua scis duo hinnuli gemelli caprea. Si salsum illud numen a caeca gentilitate adoratum uberibus plenum erat (quod ideo irridet Divus Pater Augustinus) cur nos ter verus Deus duotantum ubera habeat? ego a vero me errare

non putem, si dixerit, cum duos tantum gemellos habeat, beatum scilicet in caelo, & matrem in terra, ei duo ubera sufficere, quoniam uno lacte gloriae nutritur beatus, altero in hoc sanctissimo sacramento fideles sustentat. Adminus utrumque lac essentialiter distet, nec hoc potius quam illos majori dulcedine potui censeo. Duo sunt gemelli alter in requie, alter in labore, uno ubere Deus lactat illos gloria, alter in Eucharistia; quocirca eodem ipso lacte, quo calices ves aluntur in patria, emittuntur etiam qui vivunt in exilio. A udite conclusionem. Neque minus illis exhibetur in caelo, quam ipsi consueverunt in terra.

4. Et si aliqua dispatis, aut iniquitas inter hanc cenam Evangelicam, & mensam illam caelestem intercedit, illa in hoc quod mensa Eucharistica in aliqua excellentia gloriantur possit, de qua non queat illa, consistit. Doctor Angelicus de utraque loquens ait: *Et futura gloria nobis pignus datur. Et Valentinus Archiepiscopus idem repetens ait: Eucharistia est pignus aeternae hereditatis. Quod pignus est contractus, in quo res aliqua mortali creditori obligatur, & traditur in securitatem debitum, ut inde illi satisfiat, nisi alter fuerit pignus. Noster pius, ac liberalissimus Deus, nobis quidem gloriam laborum nostrorum mercedem largiri vellet, sed quia diu carere mortali cingimur, hoc est impossibile. Nos reddere me homo, & vivit. Ergo cum hoc fieri nequeat, dicit pro gloria pignus Eucharistiae capite. Et futura gloria nobis pignus datur. Sed quis pignus esse pretiosius te, quae oppugnetur ignorat? Plus semper debet valere pignus quam debuit. Unde dicitur quod res solam debet reddere creditori debitori, quanto plus pignus creditur. Et ex hoc impossibile Doctor Angelicus pretiosius esse Eucharistiam beatitudine caelesti inferre voluit. Omnibus manifestum est rem, quam pignorum, majoris esse oportere pretio, quam id pro quo illa pignorum. Unde cum hoc sacramentum sit pignus futurae hereditatis, pretiosius est dicimus, quod Christus nobis dat in hoc caeli cibo plus valere, quam beatificam religionem, qua formaliter vita beata consistit. Ergo jure potiori, nos beatis fortunatos caelesti possidemus.*

5. Illis Deus divitias suae gloriae, sed limitate, & juxta illorum capacitatem, & meritum meritorum patitur: sed nobis dispensanda

*Ambr. c. 9. de Paradiso Paul. Venetus in Logic. S. Ambr. ubi sup. Ioan. Finis. Arist. 6. Polit. c. 7. Cant. c. 7. Eccl. 4. Aug. lib. 4. de Civitate Dei.*

sanctissimum Sacramentum vel pretiosissimum  
 dicitur, quem possidet, non adhibet mentu-  
 ram, sed absque aliqua limitatione profusissi-  
 me illum confert; Divus Lucas modum, quo  
 in caelo Deus gloria beatus dicitur, tradens ait:  
*Præcipit se, & faciet illos discumbere, & transsi-  
 vos ministrabit illis.* Quem locum sic explanat  
 Divus Thomas Villanovanus. *Dulcissimos sin-  
 gulos cibos pro merito cuiusque manu sua propinat;*  
 pro merito cuiusque en correlationem, & men-  
 suram, quot sunt gradus meriti, tot gradus gloriae  
 dantur, & quia plura habet merita, ille majori  
 hereditudine, gloria donatur. Theophylactus:  
*Præcipit se in eo, quod non totam ubertatem  
 honorum largitur, sed hanc cohibet secundum cer-  
 tam mensuram.* Accedit Gregorius Magnus.  
*Præcipit rationem solvere pravitatem.* Hinc, quali-  
 ter humanata sapientia, dum instituit hoc fan-  
 ctissimum sacramentum observare. *Hic est enim  
 sanguis meus novi testamenti.* Et apud divum Lu-  
 cam magis ad propositum: *Hic est calix novi te-  
 stamenti in sanguine meo.* Quid sanctissimo cum  
 testamento quorundam inter alia proportio primò,  
 divus Anselmus respondet: *Dicitur testamentum  
 in sanguine eius, quia moritur, & descendit nos  
 adversus calumniam hostis antiqui, ne caelestem  
 nobis hereditatem possit auferre sicut littera illa,  
 quae vocatur testamentum, hereditatem munimus  
 adversus calumniam, ne tollat ei hereditatem.*  
 Ego nihil osecus intentionem Christi hanc esse  
 patem, quod sicut in testamento omnes opes,  
 & omnia bona testatoris continentur, & om-  
 nia nullo de empto testator hereditibus linquit,  
 sic relinquendo testamentum Eucharistiae, abs-  
 que limitatione nos instituit heredes, eius the-  
 saurorum declarare voluit. *Eucharistia est  
 Christi testamentum, quia nihil aliud habet Deus,  
 quod in testamento donet, quam illud, quod in Eucha-  
 ristia continetur.* In hoc sacramento sunt omnes  
 gratiae, *Christi divinitus, hoc eius crumenam, & facultates  
 excelsas: non habet si hoc demas, quod testamen-  
 tum donet.* Quod sanctus Pater Augustinus: *Deus  
 cum sit omnipotens, plus dare non potuit: cum sit  
 sapientissimus, plus dare nescivit: cum sit divitissimus,  
 plus dare non habuit.*  
 6. Sponsa de beatitudine sub metaphora  
 vini, & de Eucharistia sub figura lactis ver-  
 ba faciens ait: *Meliora sunt ubera tua vino.*  
 Quae est haec comparatio lactis, & vini?  
 lacte aluntur infantes, vino potantur adulti:  
 Lacte reficitur sponsa, vino inflammatur. Sunt  
 verba Valentinorum Archiepiscopi. Ego bea-

tos in mensa caelesti bibere vinum gloriae, sed  
 sine merito, nos verò in hac cœna gustare  
 lac Eucharistiae sed cum merito respondere  
 possem, & ideo *Meliora sunt ubera tua vino.*  
 Videre Deum, & excitari ad ejus amorem  
 res non est magna, quia omnis ratio boni ibi  
 proponitur; sed sub accidentibus panis eum  
 credere, & non visum amare hoc majus est.  
 Magnus amor Rebecca erga Isaacum, qui  
 ejus sponsus futurus erat ex hoc quod non vi-  
 sum dilexerit, & amarit, & is ab Eliezer  
 dum à longe monstraretur: *Ipse est Dominus*  
*meus: illi, ne eum videret, velatio vultum con-*  
*tegerit deducitur. At illa tollens cito pallium,*  
*operuit se:* Perinde, ac diceret: *ò mi sponse, amo-*  
*rem meum ex hoc collige, quod ad tui nec-*  
*dem visum amorem movere. Idem fideli qui*  
*Deum amat, & illi amare, quæ velut spon-*  
*sam illum adorat, contingit. Meliora sunt ube-*  
*ra tua vino.* Illum, qui in christalino vitro  
 videt salire, sursurate ac instat Rubini rubescere  
 vinum nil miri ad ejus potationem, & amorem  
 moveri; sed iofans est ñveum candorem lac-  
 tis non videat, tamen ex uberibus, quæ  
 Genitrix amoris ejus labris porrigit, illud  
 surgit. Hoc intendit sponsum nempe nobis  
 viatoribus esse dulcius lac sanctissimi Sacramen-  
 ti, quam beatis vinum gloriae credo? *Fidei divi-*  
*na tanquam uberibus adhaerentes, & labia figentes,*  
*suavitatem corporis, & sanguinis credimus, & su-*  
*minus gaudentes, quis non dicat ergo cum sponsa*  
*Christi, Christo: Meliora sunt ubera tua vino? & si*  
*Christus Servator noster non illos, qui videndo*  
*crediderunt, sed qui non visâ ejus sacratissimâ*  
*humanitate, & ejus miraculis ab ea patris fide-*  
*dem adhibuerunt, antonomastice esse beatos di-*  
*cendos pronuntiavit: Beati qui non viderunt, &*  
*crediderunt.* Ecce, & de nobis fidelibus hoc non  
 verius etiam, quam de beatis, dum illi amant  
 Deum, quia eum videt, nos verò sine visione  
 credamus, & amemus dici possit: *Feliciores*  
*nos sumus, habentes in sacramento Christum,*  
*& illum verè manducando, quam alii viden-*  
*do.*  
 7. Imò nostra beatitudo in tantum excedit  
 illam comprehensorem, ut Angeli, si possibile  
 foret, haec nobis solum modò inviderent. Divus  
 Lucas filium prodigum postquam miserias, in  
 quas à levitatibus suis conjectus fuerat, perspe-  
 xisset, erratis agnitis ad domum paternam rediisse,  
 & Patri adgenicularum submississimè, ac  
 dolenter veniam rogasse recessit. Pater ergo

*1. Cant.*  
*Gen. cap.*  
*2. 4.*  
*Franc.*  
*Lab. Tom.*  
*2. verbo.*  
*Euc. fol.*  
*335. col. 2.*  
*D. Ioan.*  
*cap. 1.*  
*idem ibid.*  
*fol. 336.*  
*Colom. 1.*

Handwritten notes in the right margin, including the words "Meliora sunt ubera tua vino" and other illegible scribbles.

clementissimè eum admittit, servis jubet novis vestibus eum amictant, digitos anulo ornent, & calceos parent: *Cito proferte stolam primam, & induite illum, date annulum in manum ejus, & calcamenta in pedibus ejus.* Et dein odatis lætitiarum testati, & convivium instrui manda: *Adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur.* Omnia hæc executioni data sunt. Natu major de foris veniens, ut domum appulit, ac festiva gaudia percepit, hac novitate in stuporem actus servos vocat, & tanti festi causam indagans audit: *Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum.* Hic vos attentos causam hujus natu majoris excipere auditores volo. *Indignatus est, & volebat introire, & velut explicat Divus Petrus Chryso-*

*logus: Lrur non patitur introire,* Tanta invidia cor ejus adussit, ut gressus retrahens pedem domui patris inferre noluerit. Sed unde hæc invidia orta? Abbas Absolon respondet: *Dum filius ille senior foris stans auditymphoniam, & chorum, id est spirituales lætitiarum Ecclesie in scripturis repræsentatam, quam non intelligens, intrare contemnit.* Sed ipsemet causam tantæ invidiæ prodeus ait: *Nunquam mandatum tuum præterivi, & nunquam dedisti mihi hancum, ut cum amicis meis epularer.*

8. Hic quid Servator per hos duos filios, & quid per convivium paratum parabolice designavit necessariò observandum est. Ab Eusebio Gallicano, Ambrosio, Isidoro Hispanensi, ac aliis, per hos duos filios duas nationes, Hebræam, & Gentilem intelligi non nescio; Sed Divus Pater Augustinus, Chrysothomus à Christo, per natu majorem Angelum, qui semper in gratia mansit, *Nunquam mandatum tuum præterivi*: per natu minorem verò hominem, qui peccato substantiam bonorum spiritualium prodegit; *dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose* intelligi autamant. Mensa, cui insertur agnellus mensam Eucharisticam cœnæ Evangelicæ, exhibet. Sic Chrysothomus: *Quem vitulum nominat propter hostiam immaculatam.* Glossa ordinaria: *Adducite vitulum saginatum, id est, Eucharistia sacramentum Christum continentem immaculatum.* Eusebius Emislenus, Hic vitulus saginatus Christus est, omni vivente, & gratiâ plenus de Patriarcharum & Prophetarum armento sumptus, qui toties occiditur, & à fidelibus comeditur, quoties in hoc Altaris sacramento immolatur.

Hoc sapientia humanata Angelum, si capax foret invidia, hanc cœnam nobis invisurum doce-

re voluit; sed si Angeli in gloria celesti meditantur, quid causæ habent ut homini hanc cœnam invideant? sapiens ignoranti, servus insipido, divès inopioni invidet. hinc hæc cœna circa aquale, vel circa majus bonum. Ergo dicitur Angelus cœnam Eucharisticam beatitudinis præferri necessariò dicendum est. Hic auctoritas auctoritas Pontificis requiritur: Audite Verbum: *Si quid in rebus humanis, quod nobis invidetur, si in ecclesiis cadere, invidere possunt: non verè est sacro sancte missæ sacrificium, cuius beneficiis ut homines quosdam antciparent, & invidiam in servis celum, dum ante oculos habent, & manibus contrectant ipsum celi, terræque conditorum.*

9. Majori evidentia historia sacra hæc veritatem, quam ego parabolarum ope declarare conor, ostendit. Angelus sanctum Petrum excere liberat, & ut eum in tuto collocet, per multos passus usque ad plateam eum comitatur. *Prostravit vicum unum, & ibi Angelus discedens com desertit;* Et continuo discessit Angelus ab eo. Sed cur usque ad finem plateæ eum non comitatur? an forsitan Angelus est solus? an forsitan tuto Petrus? N. quia Apostolus est solus, nos eum gressibus meditationis à longe sequamur, & in qua domo asilum quærat oblectemur, præter ad domum MARIE Matris Joannis, qui cognominatus est Marcus, Nicephorus, Callistus, divi Ambrosius, & Hieronymus in illa domo Christum cœnasse, & instituisse sacramentum hoc illudque postea discipulis distribuisse his verbis, *Accipite, & comedite, hoc est corpus meum, affirmata, & Angelus Petrum ad illam domum se conferre præsubodorabatur. Ergo secum discurrere videbatur, & est impossibile quod illuc te comitet, illam mensam in qua maxima tibi, & consolabilis est gratia præstita, dum te sacratissimo corpore sub speciebus panis pavit, si introvero, & illam mensam video, forsitan tibi illam (posito quod invidia capax sim) invidem. Ab eo ergo à te? Et continuo discessit Angelus ab eo. Verò Chrysothomi hic repetere possem. *Lrur non patitur introire,* Et applicare doctrinam Cathagææ, *Excipientibus novem Angelorum choris, quorum Christus in finis hominum oratione præstantior est.* Nam illorum hujus divini convivii epulis accubant præter hominem. Unde merito dicere potest, *Et vult tanto convivio admittis beneficium tam singulariter recognoscens, nullum alium vocavit ad convivium, præter me.**

10. Angelos se non censere peccatè habitos, nisi aliquo modo hujus cœnæ participes fuissent.

D. Lucas cap. 15.  
D. Petr. Chrysol. serm. 4.  
Absolon. Abb. serm. in festivo Pent.  
Euseb. Gallic.  
Ambr. l. 7. In Luc.  
Isidor. lib. alleg.  
D. Aug. Chrysol. Hier ad Damas.  
Chrysol. Glossa ordinaria.  
Euseb. Emiss. hom. in c. 15. D. Lucas 68.

fulgent, si pietas non obstat dicerem. Quo fun-  
 damento, aut qua ratione sancta ecclesia huic  
 sacramento attribuat illud Eulogium, quod va-  
 ter Regis dedit manna ignoto panem, inquit,  
 angelorum manducavit homo. Quid Angeli agi-  
 tavit cum hoc manna? respondet Cardinalis Bel-  
 lamachus: Quia operas, & ministerio Angelorum  
 fuit. Et Remigius Antiochodensis: Panem An-  
 gelorum ideo dicit, quoniam panis ille quem con-  
 ducunt, significat panem illum, verbum videli-  
 cet panis unde resurgitur. Ego ideo inter An-  
 gelos, & hominem, dum quilibet illud praten-  
 dete sanctam naturam fore licet crediderim:  
 Hic panis est calistis arguit Angelus, quomodo  
 ergo tu homo, qui es terrenus, jus tibi in illum  
 manducare opus est gratia, non natura, ergo est  
 cibum nostrum. Sed quid opponit homo? hic panis  
 est corporosus, est spiritualis, est in terra, & non  
 in caelo, institutus est homini, non Angelis: Quo-  
 modo igitur, ait sanctus Thomas Villanovanus,  
 curam est panem Angelorum manducavit homo:  
 unquam revidendum illum cibum in caelo Angeli  
 manducant, aut hujusmodi Spiritus caelestes indi-  
 cibus opus alimur. Ego mihi imaginor Deum ut par-  
 ticipet, ut conerit, & Angelo aliquo latius fieret,  
 operam solum permisisse, ut illi attribueretur, pa-  
 nem Angelorum, & non hominum, & homo ter-  
 restis eius substantia vesceretur, Manducavit homo  
 panem Angelus. Nunc Angele apage, & solo no-  
 mine te donatum jacta, quia homo dignus red-  
 ditus hoc pane sacrosancto vesci, multo felicior  
 dicitur. Conceptus hic fundatus est in do-  
 ctina Patris Venerorum Laurentii Justi-  
 ficatus. Christus Dominus Angelorum dicitur esse pa-  
 nem, non quod illum sacramentaliter comederunt, sed  
 spiritaliter: at vero homo, qui per fidem ambulat,  
 panem Angelorum manducavit panem, quoniam corpo-  
 ris & sanguinis Christi percipit sacramenta.  
 11. Deus: Quantum est de se, & voluntate an-  
 gelorum, nec inveniuntur in caelo excludere vult. Vult om-  
 nes homines, sicut fieri, venire ad me omnes, qui  
 laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Hinc  
 Justificatus: Omnes vos ut in conspectu meo conditio-  
 nes, aut pariter, significans se sine per orationum discrimine  
 pariter quovis suscipere, sicut iudeos, sicut Gen-  
 tiles: Quod si meo veniente, blandam promissione in-  
 vocat, dicens, & reficiam vos. Et haec lacta coc-  
 ta, non omnibus a Christo instituta est, & iustos vult  
 ad eum invitari. Ex cito in platis, ricas civitatis,  
 & pauperes, ac debiles, & cecos, & claudos, &c. ut  
 Christus demonstrat, ait meus concivis, quod  
 omnibus se exhibuit ad salvandam, & nemini desera-

tionem minatur, qui ejus non venient benignita-  
 tem. Quare, quod elegerit panem pro materia  
 hujus sacramenti credidit, cur non potius lac, man-  
 na, mel, quae sunt delicatiora pane selegit? id non  
 sine mysterio factum est. Lac cibum tantum est  
 infantium, manna institutum, mel omnibus  
 non placet, sed panis cuique placet, ergo non ha-  
 buit causam eum negligendi. Opinio est divi  
 Thomae: Sumus boni, sumus mali, sumus unus,  
 sumus in illo, quantum isti, tantum ille, manducavit  
 Dominum pauper, servus, & humilis. Et sicut re-  
 ste Rodigno in mente solis cultus licebat ad ves-  
 cendum accedere. Et si credimus Alexandro:  
 Spartani communia erant convivia. Pauperes  
 cum divitibus eodem vescantur obsonio. Filius  
 etiam Dei sub speciebus panis corpus suum in  
 hac coena dare voluit, ut omnes eo vesci possent:  
 Inter alios panes, communiter homines utuntur pa-  
 ne triticeo, ideo Christus creditur in hujus panis spe-  
 cie hoc sacramentum instituisse.  
 12. Gente Hebraea sub iugo Pharaonis ge-  
 mente Deus Moysi, & Aaron loquens: decimo  
 die mensis solemnissimo ritu comederunt ag-  
 num praecepit. Loquimini ad universum caelum  
 filiorum Israel, & dicitis, tollat unusquisque agnum  
 per familias, & domos suas. Ab hac caeremonia  
 nemo exemptus erat. Loquimini ad universum  
 caelum, & tollat unusquisque: Demonstrate vo-  
 luit a coena Evangelica neminem excludi. Ob-  
 servatio est sancti Eligii. Notandum sane: quod  
 dicitur, tollat unusquisque, neminem vestrum ab  
 hac mystica coena festivitatis vult exceptum haberi,  
 sed omnes nos eandem summa cum devotione cele-  
 brare, sicut ergo nos omnes parati, ut decet ad esum  
 tanti agni. Et ne quisquam exultationem ab-  
 sentia posset praeterire, nec tempus, nec locum,  
 nec personam, nec quantitatem, nec modum li-  
 mitare voluit. Non tempus, quia omni hora, &  
 tempore, prout vult sacerdos, & occasio, illud  
 confici, & administrari potest. Non locum, quia  
 in omni ecclesia, Altari: non personam, quia  
 sive sit sacerdos bonus, sive malus, sive fidelis, sive  
 infidelis. Nec quantitatem, sive coim sit una ho-  
 stia, sive plures, sive centum, sive mille, omnes  
 placent. Nec modus, quia potest elevari, depri-  
 mi, frangi, comedi, dari alteri, peccatoribus, iustis.  
 Pauperes, debiles, cecos, & claudos intrudat hic.  
 13. Quod omnes ritus, & actiones missae sint  
 mysteriosae, res est certissima, & apud plures scri-  
 ptos, qui eas explanant videre est. Uius, vel  
 alterius causam, & praeteritum, cur sacerdos ho-  
 stiam in tres partes frangat? quare. Plures re-

D. Thom.  
 in solemn.  
 corporis  
 Christi.

Calus Ro.  
 dign. lib.  
 16. cap. 4.

D. Thom.  
 1. part. qu.  
 34. cap. 4.

Exod. 20.  
 D. Elig.  
 hom. 14.

*Guil. Du-  
van.  
Remig.  
Alis. in  
Bibl. vet.  
Pat. 2. pa.  
secul. 9.  
fol. 540.  
Ludolph.  
de Sax.  
Carthus*

spontiones addere possunt, quas brevitatis cau-  
sa omisso. Sufficiat mihi illa Ludolphi Carthu-  
siani, qui animas fidelium, vel torquenti in pur-  
gatorio vel esse viatices in terra, vel esse beatas  
in caelo asserit. In tres ergo partes hostia divi-  
datur, ut omnem statum ex sanctissimo sacra-  
mento reportare commodum demonstraretur.  
Propter tres partes Ecclesia: nam prima pars notat  
sanctos in caelis; secunda salvandos, qui sunt in  
purgatorio; tertia vivos, quos adhuc hac vita sustentat  
in terra.

*B. Thom.  
& Villa  
conc. 2. de  
Natio.*

14. Animae culpâ contaminata mensa ca-  
lestis incapax sunt. Nullam coquinatum in-  
grabit in regnum caelorum. Et carentes sanctitate  
indignae hanc coenam Eucharisticam censentur. Ne-  
mo pollutus accedat, longè fiat omnino immundus,  
alioquin aeternum sibi paratum noverit incendium.  
Qui ergo, vel in amico malitiâ superatur, aut in  
carne concupiscentia sordidatur, futurum se noverit  
in perpetuam combustionem, & cibum ignis, ait  
Thomas Villano vanus. Nil ergo mihi, si invitati  
excusationem praetereant dicendo. Villam emi,  
juga boum emi quinque, uxorem duxi, non possum  
venire, quia puritate requisita se carere sciebant,  
ideo indigni declarati sunt. Dico autem vobis,  
quod nemo virorum illorum gustabit caenam meam.

*D. Ioan.  
Chryso.  
hoim. 3. in  
cap. 1. ad  
Eph.*

15. Divus Joannes Chryostomus in Ecclesia  
primitiva cum fideles communicaturi erant,  
Diaconum sacerdoti ministrantem ad medium  
Ecclesiae petrexisse, & ad populum conversum  
altâ voce inclamasse: Sancta sanctis, commemorar.  
Omnes, ut animam habitu sanctitatis vestita-  
tam, & floribus virtutum ornata habeant mone-  
re voluit. Primitiva Ecclesia jubebat diaconum  
in medium prodire, & inclamare sancta sanctis, id  
est qui sancti estis, ad sanctam Eucharistiam acce-  
dite, qui vero sanctus non est: tanquam prophanus  
repellatur.

*Isod. sup.  
17.*

16. Deus Hebraeis mense Aprili agnum man-  
ducare iussit. Decima die mensis huius tollat unusquisque agnum. Sed cur mense Aprili mensis iste  
20. Chronologus Moyses cujuslibet diei opera creationis recensens finem diei semper sic terminat. Et factum est vespere & mane dies unus. Idem de omnibus aliis reperit. Hic dubium non est, si noctem aurora præcedat, potius dicere debuit. Et factum est in mane: & vespere dies unus. Illoque ac Magister doctè respondet. Primum diem non habuisse auroram. & mane, quod est terminus præcedentis noctis, sed fuisse statim clarum lucem, idcirco illius diei prius fuisse vespere, potius fuisse mane. Peritus Hebræis tres fuisse dies opinatur. Legalem, id vespere ad vespere. Naturalem, ab ortu solis ad ortum. Utilem, à medio nocte ad medium noctem. Et Moysen de legali hocrum assentit. Divus vero Hieronymus diem à nocte incensile, ac in altera nocte terminatum vult. Noctem verò non ad præcedentem sed ad subsequenter diem pertinuisse, & diem naturalem in hunc ad vespere ad proximi consequentem vespere non censeri solitum. Sic legimus in Levitico. A vespere usque ad vespere celebrabatur sabbatum vigilia. Ergo verò doctrinæ Stephani Cantuariensis hæc: qui hoc factum ponderans ait: Bene est, quod vespere sequitur mane, quia vespere significat perfectionem operis, mane autem inchoationem.

Demons trare voluit eum qui in operibus, & gratia ad vespere perfectionis pertigit, ad mane redire debere, hoc est ac si nil profecisset, aggressio vitæ illi rependenda est. Hic stylus semper est observandus ut de die in diem novis gradibus ascendatis coram Deo discaturus. Colligo, aut qui diem moderatus quod qui attigerit perfectionem, ad mane redeat nempe ad inchoationem virtutis, quæ si nihil operatus fuisset, ut sic maximam assequatur perfectionem. Et divus Leo in genere loquens: Quotumlibet quisque iustificatus sit, habet tamen diem in hac vita usque quo probatur & perfectior esse possit.

21. Filios Dei charissimos sibi Apostolos edocet volens, quomodo regnum cælorum obtineant, pusionem ex illa vocato sic ad eos myste dicitur esse factus. Nisi efficiamini sicut parvuli non intrabitis in regnum cælorum. Revera oblipeo. Sic factum est ut expugnabilis, in terpe est pugnantium. Regnum cælorum vim patitur, & violenter rapiunt illud. Quomodo infantes inermes, ac perperam dimittent? potius illos debere esse

fortes: & ere debuit. Nisi efficiamini sicut viriles, senes, fortes, constantes, &c. Varia responsa adducere possem. Palchalius Rabbetus pro humilitate illa ex plorat. Non ut aratem habeant puerilem, sed humilitatem, atque innocentiam, quam illi per aratem ann. eum possident, isti per industriam, & virtutem, habeant parvatis. Eusebius Emillenus subdit. Merito parvulum Dominus vocat, ut ejus exemplo instruantur, qui majores videri volunt. Et sanctus Maximus: Ad imperium calorum non pervenitur superbia divitiis præfaturâ, sed humilitate, paupertate, demerito. Arca enim, & angustia via est, quæ ducit ad Regnum: quisquis ergo honoribus inflatus fuerit, & auri thesauris dilatatus, tanquam onustum, & impeditum animal per angustum regnum transire non poterit. Verum nullus Tertulliano magis è te nostra loquitur. Homines, qui ad aratem provecum vitilem scilicet, & senilem attingunt haud amplius crescut, sed infantes, ac pueri continuo augmentantur. Christus ergo Discipulos imbuere voluit, nempe eum, qui veluti infantes crescut, corpore, sic in via spirituali quotidie novos gradus perfectionis acquirendo non crescut, gloria cælesti indignum esse. Ecce Christus diligit parvulos, tales decens esse debere, qui semper majores esse volunt.

22. In famulatu Dei, quo plura præstantur, eo plura præstanda manent credo, & sapientiam humanatam id docuisse, dum dixit: Estote perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est. Quomodo unquam homo perfectionem Dei æquet? hinc Palchalius: Quomodo mortalis nostrum quisquam tam perfectus poterit esse sicut Deus Pater perfectus est: si perfectio Dei sit infinita, & nostra operationes sint finitæ, quomodo sic possibile ad illam pervenire? infiniti hanc esse proprietatem Aristoteles ait, Infinitum est illud, cuius partes accipientibus semper restant alie & alie accipiende. Chritus ergo dicens: Estote perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est. Nobis semper esse in perfectione crescendum, quia quo majorem perfectionem acquimus eo majorem acquirendam superesse insinuare voluit. Id voluisse inferre Guarricum Abbatem in illa verba divi Lucæ: Parate viam Domini credo. Via Domini fratres quam parare jubemur, ambulando paratur parando ambulatur. & licet multum profeceritis in ea, semper tamen vobis restat parandum, ut de his, in qua pervenistis, tendatis, & extendatis vos in ulteriora.

23. Verum quot sunt, qui ad columnas Her-

S. Maxim.  
hom. in  
cap. 18. S.  
Math.

Tertull.  
lib. 4. in  
Marcion.

Palchaf.  
Rabert.  
lib. 3 in  
cap. 5. S.  
Math.  
Arist. 3.  
Phys.  
Tom 34.

Ægid in 1.  
dist 24. q.  
1. & 7.  
metaph.  
quæst 4.  
Luc. c. 3.  
Guarric.  
Abb serm.  
5. de Ad-  
ventu.

cules se pervenisse imaginantur, & dicunt, non plus ultra, vel qui per gradus meritotum se ad apicem vite inemendabilis conscendisse credunt, replicant cum divo Petro: *Bonum est nos hic esse: sed responsum mereatur, ne sciebat quid diceret.* Audite Theophylactum. *Non est dicendum cum Petro, bonum est nos hic esse, oportet semper proficere, & non permanere in uno gradu virtutis, sed ad majora transire.* Non pauci sunt, qui dum se laesos in bonis operibus, ac servitio Dei censent, dicere solent. Dum etiam juvenis etiam jejunabam, Ecclesias frequentabam, genuum flexione horam trans mittebam, in exercitiis spiritualibus frequens eram, sed modo decrepitas, aetius non possum, complexio est debilis, ut his ferendis non est par. De his scribit Chrysostomus: *In juvenute quidem mea studium habui, in juvenute jejuna vi, nunc autem senex.* Et quid ergo senes a bonis operibus eximantur? *Ne mihi veteres virtutes annumeres, nunc etiam juvenis, nunc etiam floridus & vegetus esto.* David docet, quod *justus ut palma florebit.* Quid justo cum palma? forsitan, quod sicut *inclinata resurgit*, sic servus Dei ab hominibus conculcatus a divina majestate debeat elevari, ita ut hoc ei possit tribui elogium.

S. Matth. cap. 17. Theoph.

S. Iam. Chrysof. hom. 7. in Epist. ad Hebr. Psal. 91.

Alciat. Embl. 36.

Remig. Antiphod. in Ps. 91. S. Gemin. serm. 35.

D. Matth. The c. 25. Luc. c. 19. Euseb. Gallic. hom. 1. in Nat. unius Confes.

*Natur in pondus palma, & consurgit in arcum, Quo magis & premitur, hoc magis tollit onus.*

Remigius Antiphodensis ait, *Notatur in palma, quod inferius circa radicem sui hispida, & superius floribus adoranda.* Sanctus Geminianus hanc palmæ proprietatem esse docet, quod *quo anno flor, eo fructuosior sit*: talis debet esse servus Dei, aetatis accretio, cum ad progressum in bonis operationibus stimulare debet. Est conceptus Hugonis Victorini: *Iusti conversatio tanquam palma plus fruendo peragit, quam inchoando proponit.*

24. Omnes illi servi, qui nummis à Domino sibi datus lucrum acquirerunt, præmiis post reditum ejus sunt affecti. Sed ille, qui eos sudario involvit, & humo recondit, non solum non præmium, sed & verborum acutum verberationem tulit. *Serve male & piger.* Et quidam lucratus est, servus est castigatus. *Inutilem servum eicite in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dentium.* In sudario namque talentum reponit, qui gratiam sibi datam in hac carne laboribus, & fatigationibus iradica corpefcere sinit. Sunt verba Eusebii Emisleni. Sed quid de his dicemus, qui de bono in malum, & de malo in pejus deficiunt, & non profi-

ciunt, tendunt, ac pro eo quod lucratum plus amittunt & de malo in pejus declinant?  
 25. Mira, & mysteriosa fuit illa fluxa à Rege Nabuchodonosor visa non solum quoad diversitatem naturarum ex quibus fuit composita, sed etiam quoad dispositionem metallorum. *Statua caput ex auro optimo erat, pedus & brachia de argento; venter, & femora ex ære sibi ferrea, pedum quaedam pars erat ferrea, quædam autem sibi.* N. metalla hæc valde de ferre obstant. Caput est aureum, humeri, ac brachia argentea, corpus & femora ærea, genua ferrea, & tandem infimæ partes terree: *Pedum quaedam pars erat sibi.* Hoc modo multi mundum fallacem deficere interpretantur. *In hac ima, in se, se habet ratio mundi, cuius principia auro erant.* *hinc Poeta auro non illam atatem descripsit, postquam omnia in deteriora sunt præcipua, siquidem vultus stabile sub celo sed omnia fluxa sunt.*  
 26. Sed ego nec puncto à vero me abhorreo, si putem, si eam eorum esse in boblam, qui ferventissimi Deo servine incipiunt, dixere. Inimicis ob perfectionem caput est aureum, Deum nec venialiter offendere videntur, aliquoties in hebdomada in fonte, & cetera jejunant, in oratione mentali se exercent, quotidie communicant, exemplo bono omnibus præeunt, loca sacra quilibet die frequentant, cunctis se macerant, sensuales concupiscentias flagris domant, verbo est caput aureum; sed paulo post quantum argenteum est vultus auro, tantum deficiunt in sanctitate, ac in spiritu repleantur. In Ecclesiis, & orationibus sunt adeo frequentes, jejunia aliquo die relaxant, offensas leves tanta cura non vitant, illa divina non orbare gratia dicunt, communionem frequentem esse nimis se in sinuare familiaritatem Dei, dicunt, & pauco tempore ad as, ferum migrant, & demum cum non remaneat in eis vestigium Christiani terra sione, & omne seculum citum facient, & pejus bellis vivunt. Hoc se deploravit Richardus: *Opus desiderabile, & dignum consensione quod inchoatur ex auro, & consummat in terra: & ferreo; sic namque describitur pedum pars ferrea, & quædam sibi.* *sibi operarios, qui in multo conversant, sua quam suam inchoant ex auro, & tandem consumunt in luto.* Ergo: *Durata, id est, perseverante, & viciosa rebus servate secundum.* Et sic in pace.

# DOMINICA QUARTA POST PENTECOSTEN.

*Concluserunt piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autem rete eorum, & impleverunt ambas naviculas, ita ut pene mergerentur.*  
Luc. cap. 5.

## ARGUMENTUM.

*Excessus in qualibet genere ostenduntur esse nocivi, hinc suadetur ut necessarius ac mediocritate contenti simus.*

**D**uo genera malorum in orbe, quorum unum in defectu, alterum in excessu consistit, reperiantur. Si ergo interrogaverit, quodnam horum homini nocivius sit, periculis scilicet, ac charybdis me diocritatem videam. Magna sane miseria est necessitate premi, & cum necessitate semper dimicant. Videtur penuria, opum defectus, magne fere desperationis, precipicia suadent, & velut stridit funales hominem in illa propostia, quae valuit honoris larvam pudoris subtrahunt, pellit, cunctas. Ad multa cogit nos necessitas mala, ait Meandrus. Qui necessitati mancipatus est, hoc habet refrigerium, quod spes est miseris evadendi omnia succollata sit, & quod clavo adamantino scannio miseriarum sit confixus. Et quod pejus est, si sapienter credimus: Oderunt enim insuper, & amicit precul recesserunt ab eo: quod mortem cum vitas malum esse putantes sibi acciue- rant: 1. Sed si postea oculos in damna, quae a copia abundantia, ubertate, in quocumque genere proveniunt reflectamus, nec hilo illa minora aliamus, credo. Cibus nimius officit sanitati. Si immo- rum, aut nimius fuerit, cibus costionem non admo- vet, sed corrumpit. Hic caralogum exemplorum cum factorum, quam profanorum adducere pos- sumus, sed praeter aliis illud adsit, quod facit Evange- lica in illo Geneareth contigit, recenseat, ubi Apostolorum piscatio copiosa, excessiva, & abundans fuit, Concluserunt piscium multitu- dinem copiosam. En ubertatem. Sed satis nociva piscationibus fuit, quia rumpebatur rete eorum.

Jubilo perfructi piscibus utramque scapham onerantur: impleverunt ambas naviculas, en excessum, ita ut pene mergerentur; en incommo- dum. Sanctus Pater Ambrosius ex hac copiosa piscatione Apostolis quid sibi sit est auguratus: Sed mihi cumulus iste suspectus est, ne plenitudine sua nos pene mergantur. Et d. P. Augustinus dicit pronunciat, Melius est minus agere, quam plus habere. Præcis certissimum adagium fuit Chre- stophoro rompo il coparchio; Hoc est excessu operculum frangi; & ne quis in excessu defectuosus esset, hoc documentum instillarunt: Ne quid nimis. Hinc dictum fuit:

*Ne nimium cupias,  
Ne nimium doleas.  
Omne nocet nimium:  
Mel quoque sul nimium est.*

*Terent  
At 2. Sc. 1.  
vers. 34.  
Nicol.  
Reussner.  
Class. 3.  
Symb. 14.  
fol. 99.*

Idem hodie persuadere conabor, & quia de excessu, ac defectu est sermo, dum vos excessu vestrae attentionis mihi favetis, ego excessu prolixitatis non ero molestus. Ordiamur.

## PARS PRIMA.

*Concluserunt piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autem rete eorum.*

**3.** **T**Am bona fortunæ, quam virtutum, si ordiem ac mensuram excedant, nociva sunt, de bonis fortunæ experientia id clare demon- strat. Spicæ nimiae facilius decidunt, ac pereunt. Rami

*Handwritten notes in the right margin, including '111' and 'licab'.*

Rami nimis pomis onerati, levi negotio rumpuntur, & quia poma sunt nimis multa maturefcere non possunt. Vela superflua in nave explicare, est eam in submersiois periculum conjicere. *Quanto plura fuerint vela, tanto vehementiorem tempestatem accidere necesse est.* Si vili merces multae veniant, eas suspectas habe. *Victus moderatus vitam fovet, nimis sanitatem laedit.* Hinc Theodolpus:

Dionys.

Theodol. in parem. ad iudices part. 24.

*Ergo caveto tibus nimis carebosa Bacchi  
Somnos hac mentem singula saepe premunt.  
Hac ut parva fovens stomachum, sic plura gravabunt  
Multaque far necat, cum medicis alar.*

Atheneus.

Zoroaster de monte Ilcino in eonf. med. 7. fol. 81.

Stephan. Guaz. l. 4. fol. 566.

Hipp. l. 1.

Apho. 3.

Idem lib.

Apho. lib.

2. Apho. 4.

Idem lib. 2.

Apho. 20.

lib. 2.

Apho. 51.

Et 2. de

morb. a.

lib. de ra.

lib. de r.

lib. 1. c. 2.

Nonnemo, ut refert Atheneus, mensa, cui nimis multi cibi inferebantur, accumbens finito convivio dixit: *Si semper ita comedissem, modo non manducassem,* cibi nimium vita eum prevailent. Non autem sed auri copia Torpeja injecta eam neci tradidit. Ipsa pharmaca nimia, & excessiva sic docti quodam advertebant Philospho laedere possunt. *A valde, & assidue refrigerantibus cavendum.* Infirmo cuidam medicus vitum Tamalici praescripserat, ille nimis temere crebrioribus haustibus virtute illius ligni robur sibi accreturum dum adagium: *Ne quid nimis violat,* animam frequentioribus potationibus illius viti abegit. Hispano cuidam valetudo sat firma erat, sed dum sanitati augende pharmaco corpus purgare voluit, humores alterati sunt, & gravem in valetudinem contraxit, quae post paucos dies eum tumulo intulit. Hinc monumento hoc Epitaphium incidi voluit. *Isaiahien. 3. per esbar major estis de qui, bene habebam, sed dum melius habere volui, hic jacco.* Sanitas dum est optima si fidem damus Hippocrati periculum morbi minatur. *Habitus exercitatorum, qui ad summum bonitatis attigunt, periculosi, si in extremo consisterint, neque enim possunt in solem permanere, neque quiescere.* Cum vero non quiescant, neque possunt proficere in melius, reliquum est igitur ut decidant in deterius. *Rufus testatur medicus: Somnus, atque vigilia nimis, utrumque si modum excesserit, malum: fames, ac satietas si terminos naturae excedunt, Hippocrates insufla omnia infirmi judicat. Iterum: Non pura, id est in firma corpora, quanto plus nutries, tanto magis laedes. Reipha: natura humana excelsus in omni genere abhorret. Audite si Hippocrates magis est re nolta loqui potuerit. Plurimum, atque re pente vacuare, vel replere, vel calefcere, vel refri-*

gerare, sive quovis alio modo corpus morare periculosum, omne enim nimium natura remanet. Hunc Philosphum experientia forsitan edocuit, quam nocivi sunt corpori excelsus non tantum calculative, sed & practice locuti credo. Hinc Theopides: *Morbos parit, nimium quod est moribus.*

4. Sed ubi moralis Seneca? *Magni animi magna contemneret, ad medicis mali, quam minima illa enim utilia sunt, at hoc eo quod superflua nocent, sic segetem nimis sterni ubertus, sic rari onere franguntur, sic ad maturitatem non perveniunt facundias.* Sanguis, quo nil nobis est clarior, vel ob excessum quantitate, vel qualitate subinde minuendus est. *Et Petrus Bledensis: Minuendi sanguis duplex est ratio, qualitas scilicet quantitas, nec minus perniciosa est superflua quam corruptela. Quid autem amicalibus ista humana natura quam sanguis? quid suavitatis nimium, quam virtus? virtus ergo, quaeque minuenda est. Veritas in remotissimis erit. Ethiope nigra cognita, Galadinus in templo quodam Regionis Aaoneae lapidem cum hac inscriptum: *Nihil supra modum agas, nihil, quod modum excedat, sequere, & omnia secuta, omnia placata reus, reperiri alient.**

5. Servator noster discipulis suis benedicens opulentum, omnibus bonis abundantem, & extremum divitem in parabola proponit. *Humus cuiusdam divitis ubertis fructus ager attulit. Hic mente turbabatur, suspensus, & anixus haerebat, & velvebat, quid tot frugibus, quos a pluribus annis sibi terra produxit ageret, haerebat, & quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos? O infelicem! multitudo, & copia tantum frugum eum torquet, ac sibi ipsi molestem reddit. Quot acervos frugum continet granarium, tot dolores, & curas corde nutit. Numquam collectiones in campo, et destructionem accitiorum suadent. De fructuum horrea mox: *Quid clamat S. Basilus, non miretur hominum iniquitas, obfessi, imbecillitque. Et ipsa agri fertilitas in fructibus bonis miseris, futuris miseris. Quid in terra illi segetes germinat? non, sed gemmas amarae, ne illi ubertem missen congregari? neque quaequam curas, dolores, miseriae, angustias coarctent. Non autem, quare egenti solent lamentari. Annon hanc vocem emittit, qui paupertate premitur: *quid faciam, unde vestium, unde vestitus congregent? Non enim eandem quod domi remota replentur, sed pungitur animo ex affluu dicitur.***

5. Unio incedibilis inter Apollodes Chiribi vigeat, nulla ibi erat illucio, unum coo-

non velle omnibus erat. Multitudinis credenti-  
 non erat cor unum, & anima una. Præterea ut om-  
 nis fomes discordiæ sopiretur, in communi vive-  
 bant. meum, & tuum nemō allegare poterat: &  
 quilibet de communi vult de proprio disponere  
 fas erat. Nec quisquam eorum quæ possidebat ali-  
 quid suum esse dicebat, sed erant illa omnia com-  
 munita. Nihilominus in tanta concordia fidelium  
 illa quædam oritur. Factum est murmur Græcorum  
 adversus Hebræos. Sed unde hoc inconveniens  
 concitavit, scite vellem, an forsân, inter eos qui-  
 dam malus erat, qui seminando zizania, diaboli  
 vices agebat: non quia omnes boni erant, & fu-  
 suto palam auditur. Ne miremini Auditores,  
 numerus credentium augetur, multitudo fidelium  
 crescit. Hoc mihi suspicionem ingerit. Crescente  
 numero discipulorum, omnes erant boni, & mul-  
 tudo eos perveterare poterat. Et illud, quod est  
 ex natura sua bonum, ab excessiva multitudine  
 bonitati exi potest. Est observatio doctissimi  
 Carthusiani. Sed cum superius dictum sit, quod mul-  
 tudinis credentium erat cor unum, & anima una,  
 & singulis ministrabat sicut indiguerunt, quo  
 modo in tam sancto collegio inventa est dissensio?  
 respondendum, quod numero discipulorum cres-  
 cente orta est murmuratio.  
 6. Ead ille traheatur Christianorum perse-  
 cutor, & lupus voracissimus insidias obvis fide-  
 libus perniciosas struebat, & apertè flammam ar-  
 dentes odii invertebat, in unda purpurea sangui-  
 nis hostilis se velle extingueret jaclavit. Accepit o-  
 pportunè in Damascum, ut si quos invenisset hujus  
 castros, ac mulieres, vinctos prædueret in Jerusa-  
 lem. Et dum fidelium vestigia insequens Damascum  
 cum appelleret, Deus è sublimitate caeli ei appa-  
 ret, & aciem splendorum radiantium explicans  
 lumine eum involvit. Et subito circumfulsit eum  
 lux de caelo, & equus conlternatur, ac scelloti re-  
 calcitra, puncturas laterum non curat, frenum  
 vilipendit, vel diffingit, si veibus exciretur. Spu-  
 mat, hinnit, fugit, se exagitat, discurre, hinc inde  
 se vertit, in gyrum se agit, saltat, sic ut Saul, nescio  
 num ob furorem equi, vel fulgorem luminis e-  
 quum comprehendere non potens, è sella in solum  
 fit excullus, oculis à radiis sit privatus. Socii in  
 pedes eum creterunt, & cæcum ad manus du-  
 ceant. Surrexit autem de terra, aperitq; oculis nisi  
 hinc volebat, ad manus autem illum trabentes intro-  
 duxerunt Damascum. Erat ibi tribus diebus non  
 videns. Hic distinctus mihi oritur. Si lumen vi-  
 sus oculis, quomodo in Saulo cecitatem produ-  
 cuit? lux ex natura sua respicendat, quomodo ob-

fuscate, ac obnubilare oculos Sauli potuit? succes-  
 sus rarus. Non lux, sed nimium excessus lucis hinc  
 effectum produxit. Splendores immoderati & o-  
 culis improporcionati oculos exacerant. Non,  
 ait Chryllostomus, ille obcuritate tenebrarum,  
 sed luminis nimietate excecatus est.  
 7. Sanctus vates Daniel omnes fuisse, ac in-  
 felices successus Regis Baltharis recenset. Ipsa  
 nocte, qua optinatus Regni convivium in-  
 struxerat, ac inter gaudia, & delicias cum sibi  
 charissimis tripudiabat, manus visibiliter sese  
 ei objecit, & pariete obvio nonnullos charac-  
 teres efformans omnem hilaritatem turbavit, vul-  
 tum pallorem induxit, lingue usum ademit, ter-  
 rorem omnium membrorum indidit, & paveta-  
 ctum torum parum abfuit, quin peremere. Ead-  
 em nocte Darius Medotè Rex in eum exercitii  
 copiosum mover, hostili furore regiam urbem  
 aggreditur, exeurtores locis suis pellit, aulam  
 Baltharis invadit, ac nemine obstante turè Bal-  
 thasarum vita, & Regno exiit. Hic tempus hu-  
 jus tragici successus est observandum, Si de ma-  
 nu, quæ sententiam decretoriam ruinatum scrip-  
 sit sit sermo, ait vates Paniel: In eadem hora.  
 Si de morte, & amissione regni, Eadem nocte. O  
 horam infelicem! & noctem fatalem! si adeo  
 fuit impius, ac sceleratus, cur Deus ad aliam ul-  
 que noctem tantà tolerantia supplicium com-  
 pressit? si crimina perverforum tam patienter  
 toletet, cur poenam ulterius non cohibet, vel in  
 aliud tempus differt? non semper ante hac con-  
 vivia etiam instruxit, & Idolis litavit. Forsan id  
 factum ob profanationem vasorum factorum,  
 quando bibebant vinum & laudabant Deos suos  
 aureos & argenteos. Sed cur in ejus patrem, qui  
 ea sacro templo Solimæo sustulit non delavit?  
 cur eadem poena non involvit simul optimates,  
 Reginas, ac ipsos plebejos & gentem vilem, qui  
 ex ipsis habebant? Bibebant in eis Rex & optima-  
 tes ejus, & uxores & concubina illius. Cur solum  
 Balthasarum castigat: ergo alia causa calamita-  
 tum ejus illa nocte, & hora successum assi-  
 gnanda est. Omnia Tragica necessario illi con-  
 vivio velut caula, quod non fuit usitatum, ac com-  
 mune, sed quod omnia alia missum, ac dapium,  
 convivarum, musicorum numero, qualitate an-  
 tevertit attribuenda sunt. In hoc Balthasar ex-  
 cessit, sufficit quod Daniel a nonnallicè dicat. Veld in e.  
 Balthasar fecit grande convivium. Hic potentia s. Dan. f.  
 sua ostendit: Nihil deerat presentis oculis, ventri, 171.  
 plura quæ necessaria abundabant. Et D. Hieron. in  
 nymanus id roborat. In tantum venit in oblivionem c. 5. Dan.  
 M 3

Chryso-  
 st. hom. 4. de  
 sancto  
 Paulo.

Dm. c. 5.

Iacobus  
 Veld in e.  
 Dan. f.  
 Hieron. in  
 nymanus id roborat.

Handwritten text on the flyleaf, including the name 'Iacobus' and other illegible characters.

*fui Balhafay, ut celeberrimum iniret convivium. Et obfessus vacare epulis, unde eadem nocte est capus atque jugulatus, dum omnes occupati sunt festivitate. Et ebrietate convivii. Nil ergo miri si caputa extraordinaria, & copia piscium Apostolorum recta diffugerit, & Captham pene merferit. Rumpatur rete, & navicula pendè mergantur. Verbo:*

Georgius Nicol. l. x. Epig. f. 16. epigram. 74.

*Fertilitas ladit ramos uberrima, sic sunt Fata secunda nimis, fata secunda minus.*

Gen. 1.3.

Philo. Hebr. de Abr.

Exod. c. 16

8. Aborbe condito incolis urbium Pentapoli nulla gens scelestior, vel nequior fuit, Sacer Textus illos pessimos vocans id declarat, nullum vitium est, quod inter illos non regnabat, Aded ut vitis extirpandis celo ignes plui debuerint & fœore sulphuris tot fœores scelestorum, quæ mundus, ac cœlum amplius ferre non poterit pellendi essent. Sed in quo hæc urbes terminos scelestum excedebant ut pellimæ, & peccatores appellentur? Erant enim pessimi & peccatores i. Philonem Hebræum interrogate, & ille luxus nimios, hilaritates excessivas, opes copiosas fuisse operum nefandum causam, & radicem, cur cinere, & flammis hausta sine respondebit. Equi qui nimia avenâ injurgiantur, petulantes fiunt. Si Pater filio nimis adblandiatur statim sic insolens. Si illis urbibus opes tantum fuissent sufficientes, ac necessarias, bonæ & sanctæ fuissent. sed excessus, ac copia omnium bonorum fortunæ, immobilium causa eorum ruinæ fuit: Immodicus civium luxus & superflua rerum copia habuerat originem, accedente nempe ad bonitatem agrorum commoditate, omnis generis fructuum quocumque proventus erat maximus est autem mingeni malorum initium bonorum rerum copia, quarum satietatem quidam non ferentes, tanquam iumenta lascivunt à cer-vice excessus natura legibus, vossi ad potationes, cibos opiparos, & nefarios concubitus.

9. Populus Iudæicus Aegypto postquam discessit, ac mare rubrum peragravit, post longum iter conflatum ad campum planum, Sin inter montem Sinai, ac Elim situm appulit. Victus penuria laborabat, tellus erat aridum, fontana deerat dulcis, fructus vitæ sustentandæ nulli habebantur. In Moysen, & Aaronem insurrexit, & nemo non suas mutationes eromit: Et murmuravit universa multitudo filiorum Israel contra Moysen, &

Aaron in solitudine. Deus populo pluitione manæ & celo succurrere decrevit, circa quod Moyses hanc iustionem populo dedit. Colligit unusquisque ex eo quantum sufficit ad convivium, quantum sufficit: cui additur hæc limitatio, nec permittitur: cui colligere quantum liber? An forsitan caritas erat? nequaquam. Moyses quam sit semper novæ abundantia sciebat. Quod nimium est, miserum est. Nichilominus hæc gens manna fatidicis querelabatur dicens: Naveset anima nostra super cibo isto levissimo, Vel ut legit Oleather. Anima nostra angustius afficit se propter panem levissimum. Deus immortalis! & quæ lamentandi aulam habuit? cibis erat delictatus stomacho cogentem, acquiritu facilis, nullo labore acquiribilis. ergo gratus esse debuit. Videamus, si Salomon nihil lucis affundere possit, ille sub figura panis de hoc manna loquens ait: Paratum panem de caelo prestisti illis, omne delictamentum in eis habentem, & omnis saporis suavitatem. Quæ omne delectamentum exogrababile habebat, fistidium ingerebat, quod nimis esset gratus cum insipidum reddebat. Hanc causam Appollonius antiquus Scriptor in cateca Francisci Zelleri citatus affert. Vnum denique multiplex est, nequa distinctus cibis ei, quo nosse animus patitur, qui cum unum sit, multis variis præbat.

10. Regina Elther vestibus preciosissimis, ac ditioribus ornata Aulam regiam cæreva Domesticarum stipata intar, Regi Assæto in thallo sedenti se sedit, qui modestâ ejus forma capus signo eam ad se accessit, quæ gradibus solis adgeniculata supremitatem scirepti, quod gradibus illabat Alluerus osculo notavit. Rex per hoc dididit: Quæ est petitio tua, etiam si donum partem Regni petieris dabitur tibi. Illa omnem aliam gratiam excurit; hæcque solum à Rege postulat, ut convivium à se paratum sua presentia honorare dignetur, Amasque à Rege conducatur postulas. Si Regi placet venias, & Aman tecum ad convivium quod paravi. Hæc verba N. attentos desidero. Aman homo plebeus mensæ regis cum Rege, ac Regina affideat: Favor hic aded est excellens, ut Regina medicæ regni anteponeatur. Nimia ei gratia sit, condationem in amore habuit rex dicit. Deus tibi favet, Aman, honor qui in te confertur, qui excedit, suspectum cum esse tibi iuro, ac cum dicit Ambrosio dico: favor iste suspectus est. Non erro, quia Regina cum infidelissimum dicitur

fieri declarat. Hostis & inimicus noster possimus  
sicut est Aman. Et in crucem, quam Mardocheo  
paravit, eum agi jubet: *Suspensus est itaque A-*  
*man in patibulo.* Et si ubertas piscium scapham  
ferme meritis, favor magnus Amanum patibulo  
addit. Audiat divus Ambrosius, *Quem secun-*  
*dum à se, ac precipuum inter omnes amicos habe-*  
*ret, cruci tradidit.* Sic Rupertus Abbas: *Veniat*  
*etiam Aman ad convivium, quod paravi, ne*  
*peius audiat suam, quam subeat poenam, ne pri-*  
*us videat fornicium, quam incidat in eam, prudens*  
*ac sicus commodius esset fornicium comprehensam in-*  
*venire opprimi, quam excruciatam & per saltus fugien-*  
*tem eam caribus dubio eventui insequi.*

11. Hujus ventatis certiore cognitionem  
quoad bona fortunæ nobis nemo melius, quam  
divus Lucas ubi poena Petri causam assignat in-  
fillare possit. *Concluserunt, inquit, piscium*  
*multitudinem copiosam, rumpebatur rete earum,*  
*impleverunt ambas naviculas, ita ut pene merge-*  
*rentur.* Quis inquam bona virtutum ejusdem  
esse conditionis crederet? hanc instructionem  
divus Paulus Apollolis reliquit. *Non plus sapere,*  
*quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.*  
*Quæ verba sedulius sic explicat. Aperte ostendit*  
*hæc non debere sapere, quod iustitia terminos non e-*  
*stendatur, sed sapere inquit ad sobrietatem: sapere*  
*ergo ad temperantiam hoc est in omnibus, vel quæ*  
*ignas, vel loquimur, vel sentimus temperanti-*  
*am tenemus. Hinc Manu: Quisquis plus nimio*  
*non loquitur, iste sapit.*

Tales Milesius è celebrioribus Philosophis,  
quos et vo illo Græcia protulit, mire Astrologiæ  
delectus erat, & illi maximam partem studiorum  
impendit. Quadam nocte dum cœlem serenum  
esset, ac pallium suum venustum stellis distin-

12. Inter omnia documenta, quæ sapiens  
Salomon reliquit illud, quod iustitiam concer-  
nit, maximi momenti esse iudico. *Nole esse iu-*  
*stus multum, neque plus sapias, quam necesse est.*  
*Quid? sanctitas eximia prohibetur. Ergo non vis*  
*homines magnâ iustitiâ pollere? ergo prius-*  
*quam iustitiam replices, jam primæ tuæ præce-*  
*ptorai faciscendum in ad hominibus securum te-*  
*esse velim? Salomon excessum scientiæ ac iusti-*  
*tiæ esse velut sal, quod sine mensura feculidis*  
*injectionem pro condimento amarorem iis dat,*  
*sciebat. Hinc Gregorius Nazianzenus: Ne*  
*magno opere iustus sis, ne supra modum sapias:*  
*nemo igitur sapientior sit, quàm convenit, nec le-*  
*ge exactior, nec luce splendidiôr, nec præcepto divi-*  
*no sublimior. Quis ignotat quod summum in-*  
*juriam, summa crux, summa malitia est.*

13. Divus Matthæus scribam quendam Chri-  
stum adisse, & ab eo instantem in discipulorum  
ejus numerum coaptari roatasse pollicendo, om-  
ni fidelitate & exactissima cura se ei obsequu-  
turum, & ad quæcunque loca quantumvis ar-  
dua, & remota sequela in hæsurum, commemo-  
rat. *Accedens unus scriba ait illi, Magister se-*  
*quar te quocunque ieris.* Christus non solum e-  
jus obsequium non acceptat, sed eum ut vulpem  
malitiosam tractat: *Vulpes foras habent, &c.*  
Sed si illi nulla major delectatio, quam homines  
ad sui sequelam trahere, cur modò sese ultro of-  
ferentem non admittit? difficultas mihi auggit-  
tur, quod eodem tempore quidam discipulus  
patrem suum devixisse audiens veniam ad pa-  
rentandum patri, quod opus misericordiæ est,  
postulat, nec tamen impetratit, & ne abeat à  
Christo sit vetitus, haud dubio non desuturum  
in domo patris sui, qui illud officium præster-  
t. *Domine permiste me primum ire, & sepelire pa-*  
*trém meum.* IESVS autem ait illi: *sequere me*

*& dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Quæ  
nam est hæc partialitas nostri Redemptoris, hic  
vult abire nec ei annuitit, ille vult ejus sequelæ  
se tradere, nec admittitur. Palschalius Abbas  
utramque difficultatem diluit: *Scriba Accessit*  
*Rabbi li. 5. non fide, tantum labiis dicendo magister sequar te.*  
Et paulò infra subdit: *Vult sequi non ut imite-*  
*tur, sed ut de miraculis & virtutibus lucrum, aut*  
*vanam quærat gloriam.* Sed discipulo ob hanc  
causam ait idem Palschalius veniam discedendi  
non prællat. *Quod autem dicit: Permite pri-*  
*um ire, fallitur licet non de studiis, dum ad opus*  
*pietatis ire sustinet. Hoc enim ei non primum esse*  
*debuerat sed secundum. Quia prius est in prima*  
*16. cod. legis*

Gregor.  
Nazian.  
orat, quod  
est enjus-  
vis, &c.

S. Matth.  
cap. 23.

S. Matth.  
cap. 8.

Palschal.  
Rabbi li. 5.

S. Matth.  
c. 8. in Bib.

vet. pat. p.  
2. sec. 9. f.  
10. 15. col.  
2. & 10.

16. cod.  
legis

Handwritten notes in the right margin, including the word "Scriba" and other illegible text.

legis tabula Deum diligere, in secunda vero patrem honorare. Alia responsa adferre possem, quibus brevitatis causa supercedo. Solum scribam à Christo suae sequela: in quantum iudicium dicam? quia promissus nimium dives fuit, & excessit: Sequar te quocunque ieris. Perinde, ac diceret: si tu o magister ad poenas sustinendas vadas, & ego tecum sustinere volo; si sanguinem spargas, & ego eum spargam; si in jus ad tribunalia voceris, & ego ibi me sistam; si ad Calvariae rupem te conferas, ego non emanabo, si in crucem actus inret duos latrones neci tradaris, ego idem praestabo. Verbum Christi perfectione aequare voluit, hoc profecto est nimium, terminos transiit, excedis, mihi inutilis es, alium quare magistrum, ego te nolo. Conceptus est Paschalis: Necdum sciebat quinam, vel quantus esset, quem sequi se promittebat quocunque ieret, alioquin quomodo promitteret, quod nemo mortalium in hac vita potest, licet post finem vitae dicatur de sanctis, qui emersi sunt de terra ex hominibus primitus Deo, & ego, quod sequantur eum quocunque ierit. Sed iste nec suam perpendit mensuram, nec Christi considerat celsitudinem, ignorans quid, vel quantum inter se, & illum esset. Et en doctrinam divi Petri Chrysologi, quae id confirmat. Decipit non accedit, qui promittit Dominum incaute sequi, sed ad omnia, dixisset cautius, sequar te, quocunque ieris, sic dicit qui inter se & Dominum quid intersit ignorat.

14. Salvator postquam cum discipulis cenam absolvit, ut amorem suum erga eos demonstraret plantis eorum abluendis se accinxit: Mitti aquam in pelvum & capit lavare pedes discipulorum. Et dum adgeniculatur Petro, hic ita opte desigitur. Domine tu mihi lavas pedes? nec possum, nec debeo hoc officium admittere. Deum ad actionem tam vilem sese deprimere dect; quis unquam servi pedes à Domino perlui vidit? Non lavabis mihi pedes in aeternum. Sed sanctus Senex, Christus instantem audivit, si non lavero tibi pedes, non habebis partem mecum. Ne ad aliquem scopulum alideret, non solum ejus votis annuit praebendo pedes, sed & caput, ac manus portexit. Non solum pedes, sed manus, & caput. Subintrat hic Rupertus Abbas, & quaerens num hæc actio Petri laude, vel vituperio digna sit, tandem subdit: Erravit Petrus. Certe ego, quem errorem Petrus commiserit ignoro, si antea illud officium non admisit, humilitatis, comitatis is fuit actus, si postea pedes, manus,

caput obtulit, id magistro contentando, se debetando fecit: & hinc divus Ambrosius utramque actionem laudat: Vide fidem, quod ante exortio vit humilitatis fuit, quod postea se obtulit, de actionis fidei. Albertus Patavinus eodem dicitur cultatis tangit; pedes potigere sufficere, sed ad extrema declinavit, & excessit, dum manus, & caput perlui vult. Vere Petrus excedendo in hoc deliquit. Excessum Petri Christus temperavit, concludit Albertus. Ad hoc propositum credo, quod ita determinentur legunt. Melius est parati causi agere, quam multi interesse periculo.

15. Iplemet Deus in exordio mundi quendam vice excessus quam sit periculosus ipse etiam creaturis irrationabilibus, ac insensibilibus ostendere voluit. Chronista Moyses deum sex diebus creationis nunquam pluvias mansisse refert. Non enim pluviat Dominus super terram. Herbae, plantae, quae pluvia fecundantur, tertia die fuerunt productae: & fustis irrigantur aquarum caelestium sibi. Hinc abulit Moyses: In quatuor diebus, qui fluxerunt à die, quae herbae, & arbores creatae sunt usque ad diem, quod homo positus fuit in paradiso, non pluit. Exponit tories hujus loci plures causas assignant, & perculiter D.P. Augustinus in hac vii tententiam, ut Deus scilicet demonstraret, se in productione, vel conservatione herbarum, plantarum, vel aliarum rerum non indigere adiutorio pluviae, vel alterius alicujus rei. Adjuviorum necessitas est, ut cuncta nascantur, tunc autem desistat, fecit Deus hoc potentia verbi sui sine pluviae, & sine opere humano; nam etiam nunc facit, sed jam per pluviam & hominum manus, quomodo nunc qui plantat se aliquid, neque qui regit, sed qui incrementum dat Deo. Reveretor doctrinam mei sancti Patris Augustini sed ad nunc opinio Bucherii, qui causam e vertis, quae fecer terram subjungit, deducit, adhæreo. Sed fons ascendit de terra irrigans: nunc veriam sufficiens terra, id est nondum pluvia erat, sed fontes per introfanti terram suis opibus, quae locis erumpunt, regionis proprias irrigant. Sed cur hoc? Quomodo vis fontes irrigent terram, non & unde sufficet, si aquis caelestibus fecundaretur? terra terra sufficienter aquis fontium hominibus erant, unde si herbas, plantas, ac fructus caelorum erant suis aquis irrigaret, nimia aqua non illis profuisset, sed perniciosa fuisset. Non pluviam Deum super terram. Hoc etiam mihi ceteris Graecis dicitur, Prater ea terra sine hominibus nulla creata videtur. Prater ea terra sine hominibus nulla creata, sine imbris tibi nubibus germanavit ad quosdam...

Paschalis. R. et ver. ibidem.

D. Petr. Chrysol. serm. 19.

S. Jo. c. 13.

Item. Gloss.



colentem, ut quia de recentis aquarum separatio-  
ne, iuxta ad hunc humorem, & fuliginem in se contineret.  
16. Lactico levi Dei, qui quantum copia &  
excessus sui damnosus, & noxius sciunt, necesse  
est videri contentantur. Jacob iter in Mesopo-  
tamiam aggeretur, ut eum rediret, ac Deus  
illud postulat, hoc ei fecit votum. Si fuerit  
Domi meum, & custodierit me in via, per quam  
egredietur, & dederit mihi panem ad vescendum,  
& vestimentum ad induendum, reverusque  
suo prospero ad domum patris mei, erit mihi  
Domi in Deum. Modum, quo sanctus Pa-  
triarca panem, & vestimentum a Deo flagitat, ab-  
que ponderatione non est negligendus. Pa-  
nem ad vescendum, & vestimentum ad induen-  
dum Panis non nisi ad esum ac vestis ad indu-  
mentum servit. Ergo superflue dixit: Ad ves-  
cendum & induendum, dicere sufficiebat: si de-  
derit mihi panem, & vestimentum. Melius di-  
xerit: dedit panem, ut scia Deo nec nimium, nec  
nimis multum, sed tantum paucis, quantum fami-  
liolande sufficeret, & tantum vestium, quan-  
tum tegendo corpori valeret postulare demon-  
straret. Non divitiis ait os aureum, non abun-  
dantiam quandam percipit, sed panem & vestem,  
hanc ad contemendum corpus, illam vero ut neces-  
sarium alimentum.

17. Hinc filius Dei non nisi panem quoti-  
dianum a Patre eterno postulare docet. Panem  
nostrum quotidianum da nobis hodie. Si Alexan-  
der in iuxta loco reputavit, tam exile quid a se  
postulavit, qui Pater æternus, cum sic Dominus  
omnium, non egre ferret, si tantum panem ab ipso  
contendimus? cum panem etiam fercula delicata,  
de vna pretiosa rogare deberemus. Aliud hic  
dubitum mihi oritur; Recur panis hunc dei ne-  
cessarius vobis tantum sit flagitandus? ergo ve  
magis esset panem pro hebdomada, pro  
mensa, pro anno rogare? Primam difficultatem  
Chromat. Aquileiens. Præsul solvit. Non ju-  
bentur divitiis petere, aut affluentiam secularium  
rerum, sed panem quotidianum, quod Christianis  
sua necessitas ad presentem vitam solummodo  
necessarium est, nihil autem homini panis, aqua,  
& vestimentum, his quidem natura sobria con-  
munda est, his humane cupiditatis expleri sequuntur  
invenit. Altram divus Cyr. elucidat: Panem  
de quantum petere instruitur, ut tantum quis  
manducet, quantum ratio naturalis exigit, non  
quod alicuius terrena carnis impellit. Si enim in uno  
peti non tantum expendat, quantum tibi suffice-  
re potest: tantum debet, iam non quotidianum ci-  
mentum Dominicale.

bum manducas, sed multorum dierum. Utraque  
petitio excessiva foret, ac magis noxia, quam  
utilis. In omnibus adhibendus est modus neces-  
sarius, nam gratia finitima est, & immodica, nec  
laudabilis, nec utilis.

18. Si copia piscium, quos tamen ope divina  
ceperunt, ferme scapham Petri aquis hauserat,  
quomodo opum ubertas vobis periculum æter-  
næ damnationis non minuitur? annon re-  
creationes, delectationes, quibus cum damno  
animæ, cum læsione honoris; cum offensione  
Dei dediti estis, nimia sunt? & si terminos transi-  
re vitium sit cautum, quanto magis excessus transi-  
re vitium eat veitus? & tamen numerus horum  
magis quam piscium Petri accumulatur. Et me-  
rito dici potest: Abundat iniquitas, & refrigescit  
charitas. Nullum est vitium, quod in corde  
humano non sit multiplicatum Maledictum, &  
mendacium, homicidium, & furum, & adulte-  
rium, & omne illud vitium mundaverunt, ait  
Oleas, O tunc abundavit malitia, & lingua tua  
concinabatur dolos. Manus vestras proximi: san-  
guine plenas sunt. Verbo; mundus plura vicia, quæ  
scapha Evangelica pisces nutrit. Si sermo sit  
de peccatis excedit in numero, ac multitudine.  
Sed ego nimia prolixitate vobis nimium mole-  
stus esse volo.

A Ger.  
lib. 4.

D. Matth.  
cap. 24.

O Jas. c. 4.

Pf. 49.

Isa. 61.

ALTERA PARS.

19. SI muleum sit causa malorum, paucum quod  
bonum producit contenti esse debemus.  
Oppositorum namque est eadem ratio. Illa verba  
Davidis: In flumine pertransibunt pede, ibi latabi-  
mur in illo; considerati digni sum. Quid est flu-  
men? inquit divus P. August. Flumen est omnis  
mortalitas sæculi, vide flumen, alia veniunt &  
transiunt, alia transtura succedunt, nonne sic fit  
in aqua fluminis, que de terra na citur, & manat.  
Et Remigius a Davide per hoc flumen totum  
mundum intelligi censet. Flumen est mundus  
totus, quia dum hoc decedit, illud succedit. Et do-  
mum Cardinalis Bellarini, si mundus sit flumen,  
aquis in illo contentas debere esse opes humanas  
concludit. Facit per gratiam suam Deus, ut mul-  
ti iam transierant per hoc mare quasi per aridam, &  
flumen pertransierant pede, id est facillime tempora-  
lia omnia sive bona, sive mala despicientes. Tota  
mea difficultas in hoc, quod flumen huius mundi,  
aqua terrenarum opum pede unico fulean-  
de fiat, consistit: Pertransibunt pede, & non pe-  
dibus. Quomodo unico incedete pede sit pos-  
sibile?

Apud Phi-  
loj. Pf. 65.

D. P. Aug.  
in Pf. 6.

Remig.  
Antiphod.  
in Pf. 65.

Cardin.  
Bellarini  
Pf. 65. n. 5.  
fol. 379.  
col. 1.

N habile

Rupert.  
Abb. apud  
Byran.

sibile? Rupart. Abb. hanc esse instructionem pro Prælati respondet. *Vno pede terre inaniens, alteram a terra suspendens, id est ad vitam pro cura subditorum non omnino relinquens, & contemplativa, pro cuius dulcedine totis viribus inhærens.* Nullus hunc textum esse melius quam Hugo Card. ponderat. Duo pedes necessitas, ac delicta sunt, utroque pede per bona mûdana ambulare, nimium est, & valde periculofum, rete levi negotio frangitur. *Flumen vocantur delicta, qua fluxant, & efficiunt duos pedes necessitas, & voluptas.* Dicit pede in singulari, quia unum tantum pedem debemus mergere in aqua huius fluminis, ut sumamus de rebus transitoris tantum ad necessitatem, non ad voluptatem. Hic flumen pertranseat multi duobus pedibus, quia accipiunt bona transitoria & ad necessitatem, & ad voluptatem. Sed quid necessitas contentus unico ambulabit pede, non est quod timeat, sed bona majora sperare potest. *Ibi, concludit Bellarm. latamur in ipso, id est in Deo, ipsum videntes facie ad faciem, non se gaudentes, sed ipso in æternum fruente.*

Bellarmin.  
ubi supra.

Luc. c. 15.

20. Hanc politam filius prodigus ad patrem rediens obtulerat. Hinc Adolefcens profundo miseriarum immerfus, fame exhaustus, erorem agnovit, & ad domum paternam hanc sperans esse prudentissimam resolutionem reverti proposuit. *Vadam ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccavi in calum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut unum de mercenariis tuis.* Quanta delictis in domo patris fruendi occatio est, ferris omnia ad votum sunt, degunt in Apolline. His quæcibus valedicere, hunc gregem delerere volo, qui vult, eorum curam habeat. Ad patrem redibo, illi, ut numero servorum me admittere dignetur, supplex fiam, omnium vilissimus esse contentor. *Vnam spon, ait Jansen. habens in patera eius elementa, ob quam petere audeam, non quidem ut in pristinum locum me recipiat, nam eo in plano indignum facit, sed ut saltem inter suos mercenarios habeat.* Annon vides, quod tui conditioni præjudicas? An tibi id decens videtur, quod filius Domini servis adnumeretur, ac servitia abjectissima domus præster: ut te in filium recipiat, & pristino gradui reddat roga. Ut filiationem obtineret, servis adserberetur rogare debebat, ut postmodum dignitati restitueretur, humilis fors famulorum ipsi postulanda erat; multum ergo obtinendo nullum esse efficacius medium, quam patrum rogare iudicavit. *Ecce me sicut u-*

Jansen.  
comm. in  
concor. E.  
vang. t.  
24 f. 213.  
col. 1. l. D.

num ex mercenariis tuis. Et ponderatio  
Ephrem Siri. *Qui nudus advenit, primo filio  
indutus est, quique mercenario recipi optaverat,  
in Dei ordinem restitutus est.*

21. Qui paucos non contentatur, sed multum appetit, utrumque perdit. De quodam legum Doctore Angelo Ratus Neapolitano, qui plurimum clientium causas defendebat, aliquot ad propositum legi. Hic consilium non bene numerari litem propugnabat, qui, quia advocatos supplicio libellis aureis characteribus extortos alloquendos esse sciebat, numeros quærit, & nonnullis monetis cupreis eius manum inflavit. Advocatus eas admisit, & quia nec quietate, nec quantitate sua vota æquari vidit, eas reddidit, allegans injuriam sibi tam exiguo donato irrogari, sequentique die redire, donatum auro auctum referret, dixit: miser hominiam non habens monetam, ad Advocatum non rediit, qui se, & exiguo, & multo orbatum redens, tanta est poenitudine affectus, ut a se, ne deinceps similem errorem committeret, egregie delumbari se fecerit. Et sic, si multum non posset habere, paucum admittere resolu-

22. Hisidem quod piscatoribus succedit. In nonnullis locis marinis hic piscandi modus reperget. Retia in loco ubi multi sunt Delphini retificant, hi ingenti caterva piscium sibi parti reticulant. Piscator ergo, ut sufficientem capturam se habere putat, vocis signo Delphinis ingressum significat, & illi abeunt, & ubi partes præda piscatorum sunt. Sed si illis non contentus Delphinus etiam vellet, hi magistraline sua retia impunt, & tam hos, quam illos amittunt.

23. Scriptura sacra non desinit. Petrus Romanam pervenit, ubi velut in theatro pompæ donum patrandi prodigia sibi à Cæsare collatum ostentabat, & impositione manuum in qui se fidelium numero jungebant communiabatur. Quidam ceres Simon Magus, ut tantum hominum sibi conciliaret operis diaboli mira præstabat, & plures salutates perfundebat. Solus Petrus ei obstitit, & cum impolletem, & pessimum proclamabat. Temere præteritioe miraculorum cum Apostolo certamen inire præsumpsit. Quadam die itaque omni plebe congregata Filium se esse verum Deum depreca-batur, & ut hinc rei fidem conciliaret, voluit in celum id probaturum sese jactabat. Dum ergo ope diaboli in aërem levatus volaret, Petrus obgeoculatus solo temeritatem illam magi castigari rogavit, & antequam ille voluta ad altum

peringeret, iam preces Petri astra scanderant, & petro Petri praesumptionem impii anteverte. Ex ea sublimitate, ad quam ope demonum emererat, precipitatur, ad petram alliditur, ita membra, & ossa conquiescentur. D. Maximus hunc locum hoc conceptu illustrat dicens, Simonem nimis temperatum fuisse, dum non contentus fuit velut homo per terram gradi, sed iustitiam versus caelum volare voluit, ideoque iustus, & iusti pedum, & alis privatum praecipitatum fuisse. Tunc igitur scribit dictus sanctus, Petrus velut unctum illum de sublimi velle deponit. Et quodam precipitio in saxo elidens eum, praecura confregit. Et hoc in opprobrium facti illius, ut qui paulo ante volare tentaverat, subito ambulare non possit, & qui pennas assumpserat, plantas amitteret.

24. Ab impio mago ad tres sacros Magos Orientis pergamus. Audire. Postquam fama natum Regem ad eos detulisset, eum visitare, ac debum praestare homagium solvolventur, sed quia in qua provincia, vel regione mundi natus esset, ignorabant, quod iter dirigerent aestiebant; nihilollocutus iuncti se committunt, & dum auxilium periculosos movent gressus, in aere stellam comparere vident, quae nubibus radiorum ducem viam, & ad natum Regem eos velle conducere, sic ostendere videbatur. Toto itinere ejus dudum sequuntur, Hierosolymam veniunt, in aula Herodis humilissime admittuntur, & habentur, ibidem sollicitissime aliquem, qui eos in faceret, ac dux vix sic, inquirunt. *Vbi est, qui natus est Rex Iudaeorum?* sed quid succedit memorem B. Thomam Valentini. Antistitem interrogat: hic ait: *Dum ab hominibus nati Regis orientem inquirunt, eiusdem Regis fulguribus ducem ostendunt, stellam, quae eos e regis eorum praecedat, eam tantum Hierosolymis perdunt. Nec hoc erent sine mystico, ait idem B. si sidus constelle ducem habebant, hinc non sunt privati, & aeternum non invenerunt. Humanum enim sequentes consilium, divinum amiserunt ducatum, & convertere ad terrenum documentum, caeleste deserunt signum. Idem Jordan. a Saxon. corroborat: stella dedit eos in Oriente usque prope Ierusalem, & tunc ascendita est ab eis, quia ipse ducem auxilio deserunt, qui quae sunt humanum. Iisdem verbis idem gloria ordinata scribit.*

25. Suo malo Dæmon id faceri poterit, quod quia illo, quod natura, & gratia sibi concesserunt non acquiescebat, sed amplius praecebat, omni bono possessore exurus, & quod optabat, non obtinuit. Hic superbus nebulo locum suum dignitati convenientem sibi a Deo largiri despicies, nec venustate Angelica, vultum exornabat contentus, locum mutare, ac solium suum throno Dei superferre volebat. *Super solium Dei exaltabo solium meum, & decorem infinitum soli Deo proprium appetivit. Simile ero altissimo. Nunc quale lucrum retulisti ab ore aereo postulate. Dum Diabolus voluit appetere, quod non erat, herde quod erat: caelum luit, & oreo destinatus fuit, pro venustate, & excellentia Dei donis gratiae exutus fuit, ac in ipsam desimitatem in abstracto est mutatus. Non quiesceos aeternitate gloriae, aeternitati ponarum fuit addictus.*

26. Hoc illis helluonibus obvenit, qui non nisi multo contentantur, & aureos possidere pueros volunt, thesaurumque multo uberiorem, quam esperint. Apostolice habere appetunt. Multo latram exhibent, & cordi eorum haec inscriptio est insculpta. *Nunquam sufficit.* Quod Dionysius Siracusanus palium Jovi, Barbam auream Aesculapio eripuerit, velut portentum recensetur. Verum hi retia cupiditatum extendunt, ut scaphas insatiabilis aviditatis impleant, Tandem cum Divo Petro exclamare cogentur. *Per totam noctem laborantes nihil cepimus.* Cum opum conditio sit manibus velut nubes ad Solem, cera ad ignem, nebulae ad ventum, dissolvant, elabuntur. *Et nihil invenerunt omnes vtri dirigitur in manibus suis.* Ratio nem dat D. Gregorius: *Quia aut nos illa moriendo deserimus, aut illa nos vivendo deserunt persequendo.* Et Ludolph. Cathusian. *Deserunt & perierunt. Illae peteant, nos salventur, ac ite in pace.*

Isai. c. 14.

Io. Chrys.

Greg. in Job. Ludolph. Cathusian.



N. 2. DOMI-

# DOMINICA QUINTA POST PENTECOSTEN.

*Si offers munus tuum ad Altare, & recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversus te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo. S. Matth. cap. 5.*

## ARGUMENTUM.

*Concordia Deo est gratissima, & nobis utilis.*

**D**EUS ne sit acceptor personarum, ex sua recta iustitia, & infinita bonitate nullius personam respicit. Et quia aliud crederet, veritati Evangelicæ divi Matthæi refragatur. Non enim respicit personam humanam, & non est tibi cura de aliquo. Nihilominus, dum quando sacratæ Genesis quandam historiam considero, ab experientia me in alteram opinionem transferri sentio. Cain & Abel Deo libabant, hic e grege pecus, ille fructus terræ altari imposuit, Deus victimam Abelis habet acceptam; Caini vero hostiam recusat. Respexit Dominus ad munera Abeli, ad munera Cain non respexit. Hujus partialitatis hic causam inquirō, responderet Eucherius Abelem velut iustum, & innocentem magis participasse quid cœlestis, quam terrestis, Cajeraum vero velut peccatorem, ac cœlestium magis terrestis quam cœlestis naturam habuisse. Sicut Cain sacrificium ex terra fructibus reprobatur, Abel autem sacrificium ex ovibus, & earum adipe subjicitur: ut non vni testamenti fides ex innocentia gratia Deum laudans, veteris testamenti terrenis operibus antefertur. Abulenſis causam dat, quod Abel maximam ovem e grege obtulerit. Obtulit de primogenitis gregis sui, quia primogenita sunt pinguiora & meliora alii. Sed Cain: Obtulit de fructibus terra scilicet de frugibus, sed de porribus & corollis, vel putrefactis. Tres alias causas adducere possem, sed ne prolixus sim, eas mitto, ac solum illam, quæ ad propositum tam meum quam hodierni Evangelii facit adfero. Inter Labanum, & Jacobum ob nonnullas dis-

ensiones orta fuit, nihilominus Jacob sacrificaturus, primo item componere cum socro voluit, ac fodere intro pitus immolavit. immolavit que victimas in monte, vocavit fratrem suum, ut ederent panem. Sed quid cause fuit, cui Jacob antequam litaret, adversario reconciliari voluerit? Cur prius cum Laban factus in 1, quam Deo sacrificet? respondet quidam modestus: Quia sciebat sacrificium conjugium cum reconciliatione proximi, maxime Deo placere, & ad id diffidere. Si Cain cum Abele, cui successerat, idem fecisset. Deus eius oblationem gratam habuisset, sed quia sic dicente Paulus Indignationem in animo contra fratrem gerat. Ideo Non respexit Dominus ad munera Cain. Nil ergo miri, quod hodie Salvator, et qui adversus proximum odium corde fovet, periculis immolet de pace tractet perfuadeat. Si offeris munus tuum ad altare, & recordatus fueris frater tuus, vade prius reconciliari fratri tuo. Quia si contra proximum quippiam mali in animo gerimus, (ut ait Palschal. Rabbertus) Munus Deo, quod placet offerre non possumus. Quam ergo concordia Deo sit grata & utilis nobis, hoc tractare poterimus. Et quia sermo est de concordia, de lieriat, prius ut ego sum brevis, vos attentius conveniamus, ordiamur.

### PARS PRIMA.

*Vade prius reconciliari fratri tuo.*

**2.** Concordia: est unio appetituum diverſarum appetentium. Vel: Diverſorum cordium con-

Matth. c. 22.

Gen. c. 4.

Eucher. in Bibl. vet. PP. 10. f. 789. c. 2.

Abul. in c. 4. Gen. f. 45. col. 1. G. H.

bonitate simul in unum consensum convenientes. Et hoc unio, concordia ab Eymologia plurium eorum motuiter unitorum vocatur. Hinc Romanus, ut eam exprimeret, litam, cuius fides digni tercepti phosafci percerabant, ita ut nulla esset delinquentia, depingebat. Alii eam in caduceo Mercurij, ut in antiquis monetis videre est, concordiam designant, quia illo duos serpentes dimittentes paca vit, qui & idem in illo sunt depicti, hanc voluisse alludere. Hic idem credo: Concordia est virtutum in virtutibus animorum, indistincta quaedam unita complexio. D.P. Augustinus hanc doctrinam tradidit; Concordare cum adversario tuo, nescio, quando via suatur, cum non suata fuerit, iudex resistat, et inimici et carcer. Ad si servaveris adversario tuo bonam voluntatem, et cum eo consenseris, pro iudice invenies partem, pro inimico facio. Angelum tollentem in situ Averna, pro carcere paradysum. Et D. Hieronymus ad concordiam exhortatur dicens: Si contristaveris in aliquo fratre tuo, satisfac illi, perge velociter ad reconciliatum proximum. Et non acquiescas in reconciliatum fratre tuo. Et nos cetos reddeat ut dicit D. Gregorius, quod nihil est pretiosius Deo virtute dilectionis.

1. Et verè Deus quàm ipsi se sita concordia demonstravit. In principio mundi ob paucitatem personarum matrimonium inter fratres, & fornicationem fuit, ideo de Caino sic legitur. Cain uxorem suam. Sed quoniam fuit hæc corruptio. Fuit una ex fornicationibus eius, ut Abulensis, Iulianus, Methodius Martyr testantur. Hic cur Deus hæc matrimonia vetaret scire velim. Si certum sit eum velles, quod vir, & uxor sint duo in carne una, id facilius ad effectum reduci poteret, si fratres fornicationem, cum enim ex eadem sanguine descendant, ac ejusdem sint animi, hoc modo inter conjugatos unio affectuum indissolubilis haberetur. Hanc causam cur Deus in mundi exordio hujuscemodi connubia permiserit, Theodoretus assignat. *Ut in concordiam carere tanquam ex una radice florentes: hanc igitur de causam Deus ab initio permisit fratrum connubia.* Sed quia multiplicato genere humano inter homines discordia sunt exorta, ut illæ totaliter extirparentur, & concordia per matrimonium firmaretur, Deus non inter fratres, & fornicationem, sed inter sanguine, & affectibus distinctos conjugia inter sancivit: sic Procop. *Cum hominum genus jam esset multum, & incredibilia sumptibus incrementa, hujuscemodi connubia interdixit, utque fratres cum uxore, volens eos, qui quondam ge-*

neris inter se distarent, iterum per convivia ad concordiam pertrahere.

4. Multa, grandia, & mysteriosa sunt beneficia, quæ populus ingratus à manu liberali nostri Dei recepit, & specialiter unum, quod Spiritus sanctus in Exodo scriptis consignavit, vobis ponderandum propono. Postquam populum Israeliticum cum jugo Pharaonis subdlexerat, & per mare rubrum sine discrimine duxit, hostili exercitu, qui eum insequeretur, undis meso, ad locum Elim, ubi duodecim fontes, qui aquam limpida, dulcem, chrysalinam fecerunt, eis paudit, eos deduxit: *Venerunt autem in Elim Israel, ubi erant duodecim fontes aquarum.* Elto in hac regione penuria aquæ esset, & tunc Abulensis Hebræi multi passi essent; Hebræi ambulantes per solitudinem frequenter pastebantur defectum aquarum. Nihilominus in hoc loco duodecim fontes invente vult. Et castrametati sunt iuxta aquas, ut sine labore eas haurirent manentes apud eas. Lyranus, ecce Deus, qui ad id superfluitatem execratur, tot fontes, ut ad numerum duodecim pertingant, eis aperiat, interrogat, Annon sicut totus populus, esto adhuc numerosior, fuisset, cum aqua esset indeficiens, unus vel alter non sufficeret? Lyranus cum essent duodecim tribus, cuique tribus suum esse debere fontem, respondet: nam si omnes tribus ad unum, vel duos fontes accessissent, forsitan quod facile fieri potuisset, cum qualibet primas appetisset, aliqua discordia, quæ concordiam, quæ in exercitu dominabatur, inter eos suscitari poterat. Non ait Deus, ut pax in violabiliter servetur, & nulla his oriatur, cuiuslibet tribus suum fontem assignare volo. *Dantur duodecim fontes secundum numerum duodecim tribuum, & sic qualibet tribus habuit fontem suum per se, ne ex communi haurire dissentio inter tribus oriretur.*

5. S. Senex, & Patriarcha Jacob in Ægyptum, ut filii sui charissimi Josephi Protegis illarum regionum visitandi causa proficisci decrevit, iter aggreditur, & ad puteum quendam puteum juramenti vocatum pertingens: *Veni ad puteum juramenti*, ibidemque magno Deo sacrificans plures victimas obtulit. Hinc dicitur aut Chrysofostomus ut dum aggredimur aliquod opus arduum, si illius velimus felicem successum, & adiutorium cælestis, ad gratiam Dei nobis esse recurrendum: *Hec audientes dicimus quando quid facuri, vel negotium aliquod incipimus, vel peregrinationem suscipimus sumus, ut offeramus Domino sacrificium precum: & ejus adiutorium invocemus, & sic*

Exod. cap. 25.

Abulensis.

ibid.

idem ibid.

Lyranus in cap. 15. Gen. v. 27

Gen. c. 45.

D. Ioan. Chrysof. ibid.

Abulensis  
ibid.  
idem ibid.

*Abulen.* Et si institutus aggedamur, imitantes illorum iustorum pietatem. Idem confirmat Abulen. In magnis rebus invocatum est divinum auxilium. Et consilium eius, id est Jacob cum tenderet in Mesopotamiam quasi aliquid magni aggressurus, scilicet peregrinari incipiens, Deum invocavit in Bethleem. Nunc manus aliquid instabat, scilicet mutatio sedium cum tota posteritate ad habitandum terram alienorum, magis ergo Deum invocare debebat. Hoc per transennam sit dictum. Juxta hunc puteum divina majestas Jacobo maxima benevolentia signa exhibuit, grandissima ei promissit, dixit ei, peregrer in Aegyptum, se cum patrem plerum generationum constituturum, se ei tam in aditu, quam in reditu semper adhaeritum, charissimi filii Josephum praesentia potiturum, in ejusque complexibus eum satis concessitum.

*Gen. c. 46.* Ego sum fortissimus Deus patris tui, noli timere, de scende in Aegyptum, quia in gentem magnam faciam te tibi. Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te revertentem, Joseph quoque ponet manus suas super oculos tuos. Hic cur in hoc loco Deus illi cor gratias praestet inquit. Cur haec illi non conceduntur dominante iter, vel itinere confectio in Aegypto, maxime cum post prolixum iter lassitudinis maximum levameo esse possent? pro intellectu hujus passus, illud, quod Moyse de Isaac Patriarcha, & Abimelech Palatino- rum rege narrat, observandum est. Inter hos duos nonnullae discordiae erant, sed dum sibi juxta hunc puteum occurrerent pacem interunt, eamque juramento stabiliverunt, se juramentum inter nos. Et ineamus factus, Et juraverunt sibi mutuo. Deus ergo, ut ostenderet, quam sibi accepta esset concordia ab illis duobus juxta puteum finita, Jacobo ibidem favores caelestes, ac divina promissa largiri voluit. Sic Glossa intellegaris: Meriti in loco concordia videtur Deus, Et sibi mandavit Deus benedictionem. Et quidam modernus id clarius explanat. Ibi aeternam sibi concordiam juraverunt duo potentissimi Principes Abimelech, & Isaac. Vbi ergo tanta concordia signa inter duos potentissimos homines darent, meriti se Deus alterius sibi latronem offerri, milleque benedictionibus illum replet.

*Gen. c. 26.*

*Gloss. in terlinear.* Meriti in loco concordia videtur Deus, Et sibi mandavit Deus benedictionem. Et quidam modernus id clarius explanat. Ibi aeternam sibi concordiam juraverunt duo potentissimi Principes Abimelech, & Isaac. Vbi ergo tanta concordia signa inter duos potentissimos homines darent, meriti se Deus alterius sibi latronem offerri, milleque benedictionibus illum replet.

*Didac. Ponser. Tom. 2. in Evang. li. 12. c. 8. s. 12.*

6. Nec haec primae sunt vices, quibus Deus ob concordiam in Jacobum favores caelestes contulit. Hic sanctus Patriarcha cum pluribus annis patria extorris vagatus fuisset, itam Esau delinaturus, quam ob benedictionem ablatam in se conerarat, ad domum paternam reverti decrevit. Hoc Esau subodoratus, ureum Jethaliter

feriter, armata manu ei obvius processit, sed chorum Angelorum, qui exortum exhibebant ad eum trahit. Fuerunt ei obvius Angeli Dei, qui cum videret, ait, supra Dei sunt haec. Qui agant isti Angeli? respondit: Jonas Aurelianus. Vbi quis nobis frequenter Angeli Dei auxilia praestant? Procopius Jacobo summis Angelos, quos in viam Dei incessit afflicta: U, qui per suam misericordiam, videlicet per viam, qui dixit ego sum via, qui obvius habet Angelos Dei. Sed meo sensu haec responsa causam non attingunt; cur enim magis potius, quam alias habuit sibi obvius Angelos, sanctus pater Ambrosius clarius pro omnibus aliis hunc modum dilucere videtur. Dum Angeli ejus oculis obijciuntur, quomodo fratrem pacare posset deliberabat, hinc fecum concordat. Placabo enim misericordibus. Interduos ad eum ablegavit, qui concordiam tractarent, ac munera ei misit. Ita ait Deus: Jacob tu impense concordiam mihi gratissimam diligis, & palatium Angelicas, quae te comitentur, & serviant, meritis. Perfectus enim, & fidelibus divina scientia perfusa, perfectus autem, qui cogitabat de reconciliatione fraterna, ita ut humilitate etiam invidiam, officium acquireret, misericordibus quoque emendationem paraverit, cum tam plures injurias suscepisset & frater, & modo alias majores suscepisset, nisi aliquid pariter, quam signa mansuetudinis, nil aliud cogitaret, quam obsequium obstringere injuriantem: hinc loquitur D. Hieron. Pulchre ad fratrem in uris misericordiam, Angelorum se comitantium excipere choros.

7. Ex duobus factis, quae dicitur Lucas commemorat, quanto desiderio Christus concordiam in cordibus humanis regnare velit, cogitare possumus. Primum ergo narrat, non mentem, cui nostri Redemptoris aequitas satis cognita, ad eum accessibile, & favorem, quem maxime operatur rogitalle, nempè ut suum fratrem accedens jubere, eique nomine suo indicaret, se paternam hereditatem dividi velle; & ne aliquid his laboraretur, vclut aequus hujusce rei arbiter esse dignaretur. Magister hic fratri meo, ut devotas mecum hereditatem. Ille non solum votis ejus non assensit, sed indignabundus pestifragis, ac datus verbis abigit, quis me constituit iudicem, & dirigere inter vos? vel cito abi, vel alia loquere. Domine in negotis majoris momenti cunctis prompte gratiam praestare soles, & hinc gratiam licitam, & honestam negas duas responsiones ad hanc difficultatem sanse affert. Prima est, ad Christum arbitrium de rebus non pertinere, ideoque se huic negotio ingere non posse.

hanc vult significat, illum et se rem per se iustum  
 perire. male tamen à se eam perere, ut qui nec à  
 Deo nec ab homine constitutus esset ad administran-  
 dum quos periebatur negotii. Mundum ha-  
 bere ius iudicis: qui licet tam humiles dirimere, et  
 pignus et debent. Iudicem se non negat constitu-  
 tum, neque dicentem, sed super vos, inquit, iudicem  
 sed de terra. Altera asserit eum à Christo  
 obrogatum, quod cum descendisset in mundum  
 tractaturus negotia caelestia, & spiritualia, ille  
 est cogitaret, ut se intromitteret mundanis. Domi-  
 num velut inuicem quod à negotio caelesti, ad quod  
 illum à patre missus fuerat, interpellaretur, ad car-  
 nales ac fornicias curas, simulque docere suos volens,  
 non oportere implicari negotiis profanis eum, qui  
 ipse missus Apostolicum Et S. P. Augustini. Pete-  
 rit ille mundum in terra hereditatis, in celo Do-  
 minus offerat retiam.

8. Ex secundo facto, quod idem fieri Evan-  
 gelista annotat, aliam resolutionem, non solum  
 nominis ingeniosam, sed magis facientem ad  
 propositum nostrum credo nos habituros. Pila-  
 tus Christum ad Herodem duci iubet, remissi ad  
 Herodem, qui et ipse Ierosolymis erat illis diebus.  
 Eorum resonatur ad Herodem, ad quem nil per-  
 tinet causa Christi? Absolutio, examen, senten-  
 tia ad Pilatum, & non ad Herodem spectabat.  
 Ergo hinc milioni Pilatus superferere poterat,  
 quia speritus est, & hoc multo amplius, cum in  
 puncto iudicis iudicium cautissime sit agendum.  
 Ergo Pilato hanc resolutionem non à se, sed à  
 Christo inspiratam, qui antequam moreretur,  
 Herodem iustitiam voluit, credo. Nec id aliam  
 ob causam, nisi quia Filius Dei discordiam, que  
 inter illos duos versabatur sopientiam, & concor-  
 diam stabilendam uti reipsa contigit, præ vide-  
 bit. Et facti sunt amici Herodes, & Pilatus, nam  
 amicitiam erant ad invicem. Et ergo causam,  
 que pertinet divisionem hereditatis anouere no-  
 uerunt, quia affectum, & cordium dissonantiam  
 ex illa nascituram, & concordiam fraternam  
 tollendam videbat. Inter duos ergo fratres no-  
 uerunt pacem anam discordia, sed inter Pilatum  
 & Herodem se abstrum inter posuit. Id meus B.  
 in sermone à Cassia notavit. Non venit à videre, sed  
 amice. Et Joan. Anton. Abulens. Equidem, qui  
 divisionis faciendæ voluit iudex fieri, unionis, et  
 concordie aduocatus esse voluit, & que de causa  
 à Pilato ad Herodem, et ab Herode ad Pilatum re-  
 verti, bene facti sunt amici Herodes & Pilatus in  
 illa die, nam ante inimici erant ad invicem. Et  
 hoc factio Christus præceptum hodie et Evan-

geli executioni mandasse, se offerens nummus suum  
 ad Altare, vade prius reconciliari fratri tuo; mihi  
 videtur. Antequam enim se ipsum in holocau-  
 stum Patri eterno in ara crucis offerret. Pila-  
 tum, & Herodem reconciliare voluit: Et facti  
 sunt amici Herodes, & Pilatus, & nunc veniens  
 offerens nummus tuum.

9. Seruator Apostolis hoc præceptum satis  
 quidem rigorosum, sed eò magis misericors  
 dedit. Nolite portare aurum, neque argentum, ne-  
 que pecuniam in zonis vestris, nummos vobis in  
 tenere veto, & ne hinc præcepto obventis ca-  
 vere. Domine venia tua mihi verbum loqui li-  
 ceat, omnibus aliis interdicitis solam pecuniam  
 illis relinqui debere, quia in omni motu maxi-  
 me deseruit iudicio.

Quisquis habet nummos securam vigat aurum,  
 Fortunamque suo temperat arbitrio.

Paschas Barbert. hoc responsum asserit. Ne for-  
 te viderentur Apostoli magis lucri gratia prædicare,  
 quam salutis humanæ, omnia subtrahit, que possunt  
 esse scandala. Et necessaria concessit ex Evangelio,  
 quatenus eorum nemo de crastino cogitare vide-  
 retur.

10. Pardonos Alexander ab Alexandria mon-  
 etis duos gallos concertantes incidisse refert. In  
 nummo sculptere Pardonos duos gallos inter se pug-  
 nantes. Omnium discordiarum radicem esse pec-  
 uniam significare voluerunt Obolus. Hebræo  
 sermone Gerach dicitur. Hoc derivatur à verbo  
 Garach, quo secundum Oleastum nil aliud sig-  
 nificat, quam misere lites, quia propter pecuniam  
 solent homines litigare. Hinc licens Christus plu-  
 rimas lites provenire à pecunia, ut concordia in  
 Apostolis radicearetur, quoscunque nummos his  
 interdixit. Nolite portare aurum, neque argentum,  
 neque pecuniam in zonis vestris. Idem confirmat  
 D. Ambrosius. Ob id misit Discipulos suos sine sac-  
 culo, sine virga, sine pecunia, ut instrumenta discor-  
 diarum, & incentiva lites eviperet.

11. Concordia unionis licet è contra discordia  
 divisioni anititur. Hinc Christus ut unionem  
 inter fideles conservaret, eos unire, & quamlibet  
 divisionem abigere studuit. Uxor Zebedæi ma-  
 ter Joannis, & Jacobi saluatorem adiit, instan-  
 tissimam supplicam hanc gratiam ab eo impe-  
 trare sperabat. Dixit ut sedent in duo filii mei unus  
 ad dexteram, & unus ad sinistram in regno tuo.  
 Sed Christus gratiam denegavit. Nescitis quid  
 postatis. Miror, quod hoc petas, impossibile est

Matth. cap. 10.

Lib. 6. in cap. 10. Matth.

Alexand. ab Alex. lib. 4. c. 15.

Oleaster cap. 27. in Levit.

S. Ambrosius lib. de to- saph. 13.

Matth. cap. 10.

Matth. cap. 10.

Paulus de Palat. in cap. 20.

Idem ibid.

Ioan. c. 10.

S. Math. cap. 27.

B Thom. a Vill. de Transfig. Dom. fol. 200. r. 2.

S. Marc. cap. 9.

S. Luc. c. 9.

te illam obtinere. Ut causam hujus repulse penetremus, in quo regno dextram, & levam petierit oblatere debemus. Paulus Palatius in regno Ecclesiastico allegit: *Jacobus & Joannes cupiebant in Regno Ecclesiastico principes esse summi.* Concessio hujus gratia, quam quanto repugnantiam involvebat: Ecclesia ob unicum caput, cui omnes subduntur fideles, unica est. Si duo essent capita Joannes, & Jacobus, jam Ecclesia in duas partes divisa esset. Non, non, Nescitis quid petatis. Ne de divisione mentio fiat. Legitur veneranda Discipulorum mater de summo pontifice: *atque inter suos filios dividendo preces contexit, Apage, apage, qui unitatem Ecclesiae in duas partes secare vult, aliquid proponatur. Erunt unum ovile, & unus pastor. Nescitis quid petatis.*

12. Salvator tribus charioribus Discipulis Petro, Jacobo, & Joanni gratiam quandam praestare volens, eos in rupem Thaboram secum duxit, ut in eo iis artham gloriae, quae ad aliud tempus iis servabatur donaret. Praeterea duo principes legis Moyses, & Elias adfuerunt: Assumpsit Iesus Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus, & duxit eos in montem excelsum, scilicet, & apparuerunt illis Moyses, & Elias. Petrus incredulibus illis delatus sibi a filio Dei communicatis summopere delectatur: *Forvet* (verba sunt Archiepiscopi Valentini) *intus gaudio, conceptumque non valet tenere sermonem; accepta igitur copta sancti, inquit: Faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Eliae unum. Hoc factus est, hic stetit, hic cunctis vita nostra dies agamus, quid ultra queritur? inferiora cur ultra lustramus? sic enim totam ejus mentem praesentis candoris, & gloriae amor, & jucunditas occuparat, ut nihil aliud vellet, nihil aliud cuperet, & hoc sibi ad plenam felicitatem statum esse cogitaret. Sed vix prolatis his verbis: Faciamus hic tria tabernacula, umbes appareret, & Apostolos obfuscat, & instat cortice gloriam illam infiguere oculis eorum subdixit, Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. Haec verba Petri de tribus tabernaculis privationem delictorum, quibus fruebantur, causasse videtur. Quomodo ut patrum sapiens ab Evangelista notatur, ideo dixit. Non enim sciebat, quid diceret. Accinit divus Lucas: Nescitis quid diceret. O miser Petre unicum verbum, quod te miseris involvit? tantum est dicere: Faciamus hic tria tabernacula? facti Scriptores hujus facti plures rationes assignant. Beatus citharus ob malam locutionem illa mala accidisse Petro autumat. Sed non es te dignus locutus & Pe-*

tra falleris, graviter falleris & pastor Ecclesiae, prout dicitur condendum est Evangelium, prius hominum g. dicitur eius erroris effusione retinendum est. prius alius dicitur eingeat, & dicitur quod tu non vis quatenus hoc gaudium potiaris. Ita ne sine certamine videris, sine victoria triumphator evades? quid meritis praemia praerogis? tunc solus mundi salutes, & gloriam populi silebis? tibi solo salvator afficit? & insignis latro, tibi caelestium margaritarum usuras. Raderis Petrum alius neglectis suo proprio commendo intendisse, quod superiores maxime debeceat, allegit. Nec enim aliquid cogitare de his videtur Petrus, in quibus charitas quam maxime commendabatur. Vere illustres repositiones sed can Oignes acu solutionem hujus difficultatis tangit: in monte Thabor omnes illa personae simul aderant, sed Petrus tribus tabernaculis se jungere in tres partes voluit. Idcirco, quoniam le argumentabatur a conjunctione dividit. Tunc unum, Moysi unum, & Eliae unum. Noluit latere obumbravit eos. Concludo cum Origene: Praerogavit autem se facta tria tabernacula, unum praerogavit IESU, alterum Moysi, aliud Eliae, quod non eos capiente tabernaculo in quo omnes simul consistere deberent: forsit & in hoc malum operatur diabolus per eum, qui nesciebat quid loqueretur, nolens esse simul IESUM, Moysen & Eliae, sed separare eos ab invicem trium tabernaculorum obtentu quod fieri non poterat.

13. Ne vobis displicet N. si ad finem discipulus approprias ad principium creationis mundi revertar. Omnia opera producta ut bona a Deo approbata fuerit. Lucem crearet bellum, ut vellet generosus miles phalangibus splendorem tenebras pelletet, ac dissiparet, quae in facie bysili castrametabantur. Fiat Lux, & vidit Deus quod esset bona. Postea aquas loco speculi coelestis trinxit, & ne enim ius se diffundentes tenuis inundarent, terminis illas reclusit, & circumdando eas limitibus litiorum conformaret ad arborum naturalem eas mata nuncupavit. Et quamvis hoc sit fluendum, tamen ut bonum illud probavit. Et vidit Deus, quod esset bonum. Terra divinis nutibus patens herbis fructifera, quamlibet cum semine proprie speciei, ac floribus odoriferis produxit, ut illarum vellestem, hi ornatum praebere. Praeterea protulit plantas, ut haec brachia Eosphora extendendo donato fructuum bonorum delictum homagium praestarent. Res, quam Deus bonam censuit. Et vidit Deus, quod esset bona. In scenam universi duas illustres personas lo-



Item de Ionam innumera caterva stipatas stellam  
 quod dicitur voluit, ut una diei, altera noctis  
 dicitur praesertim, & ut officii eorum esset, an-  
 tu praesertim profere, tempora moderati, distingue-  
 re amicos. Et vidit Deus, quod esset bonum. In  
 videribus mare creavit cete, ac alios pisces im-  
 mensez zooli. Aquae ergo gemellam prolem  
 piscium scilicet quatuordecim in undis natantes, &  
 gemulas aves per aërem volantes produxit.  
 Terra non ferax est, ad nutum creatoris fecun-  
 daretur fetas sylvestres protulit, & in momento  
 equum erax campis superbum percurrit leonem,  
 equum cervilure, cervum saltare, arietes concentra-  
 tos boves pascunt, canelos genua fleclere, canes  
 manant, emidum fugere leporem, malitiosam se-  
 dibere vulpem, leonem figere gressus elephan-  
 tem, colubriferam pantheram longum anima-  
 tum possit se duere agmen, & ovem manifestis  
 pecus in gramine quietere. Et vidit  
 Deus, quod esset bonum. Quodlibet itaque opus  
 productum statim velut bonum proclamatum  
 fuit. In fine sextae diei videns opera creata, ea-  
 que celebrans non solum illa bona, sed multum  
 bona iudicavit. Vidit Deus cuncta, quae fecerat,  
 & vixit valde bona. Quam praecellentiam ha-  
 buerunt opera, ut audire mereatur prius sexta  
 die, & non ante valde bona? an forte non sunt  
 aetnae eadem creata, quae nunc maxime sunt.  
 An forte his aliqua contus Physica, vel moralis,  
 vel perfectio substantialis, vel accidentalis ad-  
 dita est? non. Cur ergo sexta die sum valde bo-  
 na? non. Reslet in nobis omne dubium, vel tupos.  
 Antea creaturas vidit Deus scorsim, & divinitim,  
 nunc ab altera distinctam, sed sexto die omnes  
 simul oculis divinis sunt objectae. Hanc difficul-  
 tatem movet quidam modernus: Si in singulo-  
 ram creaturam solum distam est: Et vidit Deus  
 quod esset bonum, cur non addit: Et vidit Deus  
 cuncta quae fecerat, & erant valde bona? quid  
 nonne amplius habent creatura: ut eae valde bonae  
 agerent? & pro responso adducit doctissimam lau-  
 dantem Patrum Augustini, & Hieronymi: *Phi-*  
*lip. ad divus Augustinus omnia nominata sunt, addi-*  
*ta non est, valde bona, meliora sunt simul omnia,*  
*quam quilibet singula. Et concludit sanctus*  
*Hieronymus: Omne secundum Philosophos san-*  
*ctum habet bonitatis, quantum habet unitatis pro-*  
*portio in eorum unitate, vidit Deus cuncta quae fe-*  
*cerat, & erant valde bona. O sanctam unitatem!*  
*o beatam concordiam! o felices si imperurba-*  
*rum illam servemus.*

triumphanti conformari debet. Quis porro vo-  
 luntatum concordiam in illa sublimi, ac caelesti  
 Hierusalem regnare ignorat? hinc beatus Tho-  
 mas Archiepiscopus Valentinus: *In hac beata*  
*conformitate, & amore, & amantes distincti sunt,*  
*sed in dissolubili nexu beatitudinis glutinati, ut dis-*  
*jungunt non possint, aut invicem discordare, nulla dis-*  
*crepantia voluntatum, neque tantillum unius dis-*  
*cordat ab altero, sed quod unus vult, volunt omnes;*  
*o beatam republicam tam unanimem, tam con-*  
*cordem, divina voluntas omnium voluntatum u-*  
*na, & sola regula est, & in o impossibile est discor-*  
*de. Qui ergo proximo est infensus, & actu in ara*  
*sacrificat; Relinquit manus suam ante Altare, &*  
*vadat reconciliari fratri suo, & tunc veniens offer-*  
*rat munus suum.*

15. Deus immortalis, Verbum aeternum, ut ex-  
 titparet discordiam, & concordiam cordibus hu-  
 manis inferebat quid non fecit? & caelo in terram  
 descendit, ut inter Deum & hominem, hunc, &  
 Angelum, carnem, & spiritum per peccatum discor-  
 dices pacem componeret, ergo amplectamini  
 concordiam, amate unionem, ac non omnem, sed  
 solam illam quae virtuti innititur Deo esse gra-  
 ram advertite. Frares in vindicta adversus Iose-  
 phum convenerunt. Pharisaei, & Scribes in sena-  
 tu, quo Christum morti destinantur confesse-  
 runt. Usurpator fures, ut furentur, conveniunt  
 haeretici, ut ob sint Ecclesiae, & fidelibus. Sed haec  
 concordia est abominabilis, & detestanda, quae  
 crimina spectat. Concordia christiani debet fo-  
 veri a charitate, a virtutibus, & utilitatem proximi,  
 gloriaeque Dei spectare debet.

16. Quid vobis prodest discordia, & quid con-  
 cordia obicit dicitote. Imo torum contrario modo  
 se habet. Quid namque succidius quam concor-  
 dia? quid molestius, quam discordia? ait Archiepis-  
 copus Valentinus. Date domum, in qua uxor,  
 maritus, ac filii conveniunt, an non erit parady-  
 sus, & contra si discordia pedem inferat, averius  
 erit. Dicit id, qui hoc probat. *Si uxor maritus, &*  
*idem ibi.* filii, atque domi est in concordia sunt, quid est do-  
 mus illa nisi parady sus? si autem e contra discordia  
 est inter eos, quid est aliud nisi infernus? quot dama-  
 na a bellis, quae filii sunt discordiae proveniant  
 considerate. Fluvii inundantur sanguine, montes  
 replentur cadaveribus, opes profunduntur, urbes  
 desolantur, populi perduntur, agri diruuntur,  
 fugum succedit penuria, fames miseris torquet,  
 quos serro, ac morti sursupit. Et tandem has  
 miseras inevitabile flagellum peltis sequitur. Er-  
 go amemus concordiam: *Vade prius reconciliari*  
*fratri tuo.* O 7. Quid

B Thom.  
 à Vill.  
 conc. pp  
 Exped.  
 Christi  
 sol. 321.  
 col. 1.

Gens. cap.  
 37.  
 D. Ioan.

B Thom. à  
 Vill. ubi  
 supra sol.  
 319. col. 2.

Idem ibi.

14. Quantum est possibile, Ecclesia militans  
 Paletti Demicalis.

7. Quid de illo dicemus, qui fratri reconciliari non vult? vivit in continuis suspicionibus, semper est inquietus, de nocte non dormit, de die non quiescit. Millies per horam cor illi palpitat, timori continuo foedere est junctus, frons arboris, quae moverat, unicum folium vento agitarum eum conternat, quia inimicum adesse suspicatur, qui inopinato vitam sibi adimat. O Deus quam stans est hic miser? o quam vita infelix. O vitam (dixit ille Praeful qui concordiam semper in luogrege servavit) miseram, & laboriosam. Nonne recte vobis videtur, & merito illa omnia pati, qui placidam concordiam recusatis? vade, vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc venies, offeres munus tuum. Nam nos certos reddit D. Joannes Chrysostomus. *Vbi concordia non est, nec oratio exauditur, nec oblatio suscipitur, quia nec ibi est Deus, ubi discordia nominatur.* Et quia sermo est de concordia, omnes concorditer nemine excepto stipem erogate, interim illi omnes unanimiter vos rogant, & Deum precabuntur, ut vobis mercedem repenset. Quiescimus.

idem id. fol. 310. col. 2.

D. Ioan. Chrysost. in cap. 5. Matth.

ALTERA PARS.

18. Concordia animorum, quam sit proficua superfluum esse quod probem credo; sed quia in principio fidem dedi, promissis stabo. Non omne jucundum bonum, & e contra non omne bonum jucundum, sed datur bonum non jucundum, & jucundum non bonum. Pœnitentiae, jejunia, mortificationes sunt bonae, quia sunt meritoriae, & veniae imperatoriae sed non sunt jucundae, imo pœnales, ac durae. Voluptates mundanae sunt jucundae, sed non bonae, quia animae damnationem procurant. Peccatum non est bonum, nec jucundum, sed pessimum & molestissimum. Hinc sunt qui illud deplorant. *Lassari sumus in via iniquitatis, ambulavimus vias difficiles.* Sola concordia est bona, & jucunda, si Archiepiscopo Valentino fidem præbeamus. *Bonum, & jucundum est charitas sola; hoc privilegium quippe soli charitati reservatum est, ut cum sit non solum bonum, sed maximum omnium bonorum, sit quoque jucundissimum; omnis quippe alia virtus pœnam habet annexam.*

Sapient. cap. 5.

B. Thom. à Vill. ubi supra fol. 318. col. 1.

19. Multae aliae sunt causae, quae nos movere debent, ut eam inviolabiliter servemus. An res sit in orbe quam præferamus vitae & sanitati?

Bona dicebat Nicostatus valetudine nullam mihi  
hi videtur ornamentum, aut monie presignis  
hic teste Lactio felix proclamatus fuit  
Quia nonagesimo octavo aetate sua anno qua ex  
cessit incolens, atque in segete sine orbe. Pons si  
quis ignorat sanitatem dependere à concordia  
humorum, & qualitatibus? Sane non videt esse aliam  
quam dispositio quadam, quae ex humido, & sicca, & frigida,  
frigida, & calido, vel natura, vel aetate beneficiis agit  
composito consistat. Ea concordiam. Quod si naturam  
lum natura demas, vel aetate, dispositioem illam  
turbas. In discordiam. Et quid sequitur? Ipsam  
sanitatem everris.

20. O quam delectabilis non est multos, etiam ipsi Tygidi jucunda est. Huc temperant futores ita, animos, turbatos sedati, accubant dolorum mitigat; hinc Pharo: Voces perferunt. Pharo suaves, innatam deserunt voluptatem. Sed nonne hoc, ex quo formatus, nisi ex consonantia flammis, & vocum, ac inflammationum non sine causa de nophon eam hoc titulo decoravit. Maximam enim virtutis bonum est concordia, sine qua neque civitas bene gubernatur, neque domus recte administrari potest. Athenienses in athena civitatis concordia coalescere putavit. Civium inter ja concordiam quorum more firmus est monumentum. Agellum interrogatus, cur Spartani civitatem minus non cingent, respondit: Nullo quoniam mentem rationem esse quam virtute civium contentum. Scipio Pater ni Africano quærenti cur Numidae civis non quærent certaminis semper essent victores, postea vero Lanam remitterent. Tresius princeps Celorum dicit: Concordia virtutis, discordia exitium præbet. opus Severus Imperator motu proximus, de hoc se pro gloriabatur. *Mortuus hoc dixit, rempublicam hanc accipi ubique turbant, parantiam etiam dicitur relinquere.*

21. Si perfectio teste Philo sopho sit illa: *Qui pro nihilo desit: quis illam mortalium in omni genere non non optet? porro hanc in rebus distinctis non reperiri sciatis. Theologi ob soluta ut essentia, & attributa, & relativa ut patentes, filiatione, & ratio activa, & passiva in divinis assigant. Sed hæc est differentia, quod absoluta dicantur perfectio, & perfectionem simpliciter simplicem, relationes vero perfectio, & perfectionem, & imperfectionem præcedunt. Sic cum divo Thoma docet Cajetanus. *Beatus Cyprianus nec perfectionem dicit, nec imperfecti nem, aliquem in rebus vel imperfecto esset in Deo, vel in a partem habere. ret aliquam perfectionem, quam non habere alia. Certe, ut Dicit quidquid nihilominus velit Cumeilus, & p. 94. 21.**

quos pro se citat. Ratio cur absoluta di-  
 can perfectionem simpliciter simplicem iuxta  
 Theologos hac est, quia neque realiter, ne-  
 que formaliter inter se, & ab essentia distin-  
 guantur. Sed quia relationes distinguuntur  
 realiter, ideo secundum se praece non dicunt  
 perfectionem. Nunc arguo à fortiori: si in  
 divinis ubi datur distinctio realis, non repe-  
 ritur perfectio, vel si illa, quae distinguuntur  
 realiter non dicunt perfectionem, quanto magis  
 id verum erit in creatis, quae sunt divisa, & dif-  
 ficilia? hinc dicebat sanctus Pater Bernardus:  
*Perfinitas, ubi perfectio, casari numeri perfectionem  
 non habent. Quomodo ergo Christianus praesu-  
 mar esse perfectus, si à proximo corde, ac volun-  
 tate distat? sed Deus, qui nos vult perfectos, ad  
 concordiam exhortatur: Vade prius reconciliari  
 fratri tuo.*

21. Hostium, quos habemus infensissimus  
 est demon, qui teste divo Petro: *Circuit qua-  
 rentes quem devoret.* Ut omnem viam huic  
 precludamus ne nocent, & ut eum in fugam de-  
 mus, dum fistulosus, & indignabundus nos  
 vult invadere, nullam medium est efficacius  
 concordia, Saul dicit spiritu avaroali vexabatur;  
*Regebat eum spiritus nequam.* Mentem ejus  
 conturbabat, corpus lacerabat, viscera torque-  
 bat, nec momento illi quietem praebat, sono  
 cithara maximum affundendum solamen Pala-  
 tium suadebant. *Iubeat Dominus noster, & servi  
 tui, qui coram te sunt, quaeant hominem scien-  
 tium psallere cithara, ut quando arripuerit te spiri-  
 tus tuus malus, psallat manu sua, & levius ferat.* Ex  
 omnibus citharadis selectus fuit David? hic co-  
 tum regis silitur, digito pererrat fides, caesque  
 leniter tactu explorat, & eas tam suaviter per-  
 currit, ut ipsa aula saltare videretur. Inimicus  
 crudelis, qui pacifice in corde Saulis quiescebat,  
 dum organicos numeros, fidum suaviterem per-  
 cipere, tremens, & confusus à Saule recessit.  
*Perterritus David citharam, & spiritus malus  
 recedebat ab eo.* Magis res, quod demon  
 glaudes plumbeas, vel ferricas, quae boatu stre-  
 pitoso ad igne violenter propelluntur è cavo  
 montium ad conspectum formidandatum pha-  
 laegum contra se armatarum consterneret; ni-  
 hilominus ad fides citharae subigatur, ac sono  
 harmoniae in fugam concitatur. *David, verba  
 hanc Divi Thomae Villanovani, cithara per-  
 sonante Saulis obsessum animum deiecit; mira*

*res, musica fugatur diabolus, & qui iuxta senten-  
 tiam Job, sagittas reputat quasi pedes, lapides funda  
 viri, velut stipulas spernit, deridet etiam vibrantem ha-  
 gram, & durissimos malleos pro nihilo pendit, ad ci-  
 thara sonitum tremefactus recedit. & quem nulla  
 vis superat, superat harmonia. Sed stupor cecidit,  
 sonus ille suavis ex concordia fidium, quorum  
 nec una dissonabat ab altera formatus fuerat. Si  
 ergo demon retretractus & ejectus à concor-  
 dia fidium fugat; quomodo à cordibus, ac  
 voluntatibus hominum concordibus non fuga-  
 bitur?*

23. Et reconciliatio, quae nobis non com-  
 moda affert? Jacob è Mesopotamia domum rever-  
 titur. Esau, ut supra audivistis, cum in ejus  
 pectore necdum rancor sopitus esset, quem ob  
 benedictionem sibi ablatam incendit, armata  
 manu ut eum trucidet, ei occurrit. Conveni-  
 unt, & Esau pro eo, quod furorem re ipsa offen-  
 detur, fratri reconciliatur, eum affectu com-  
 plectitur, collo stringit, & osculatur, & ut  
 pacem stabilitam testentur, muneribus se invi-  
 cem donant, & affectus variis modis demon-  
 strant. Sed verba, quibus Jacob alloquatur E-  
 sau, audite: *Vidi faciem tuam, quasi viderem  
 vultum Dei.* Expolitores ea variis conceptibus  
 illustant. Divus Chrysostomus ait. *Hoc mag-  
 ni obsequii gratia dictum est à iusto, ut, & cum  
 demulceret, & ad fraternam benevolentiam du-  
 ceret.* Abulensis: *Quia iacob valde timebat  
 Esau, ut eum placaret, dixit, se gavisum fuisse  
 in visione ejus quasi videret Angelum Dei.* Pagnin-  
 us illa sic legit. *Ac si viderem faciem Angeli.*  
 Olearius: *Adverte quam proba voluerit palpato  
 verbum fratrem, duo enim sunt qua maxime so-  
 lent hominem flectere, scilicet munera, & lau-  
 des, quibus nunc sanctus iacob utitur in fratrem.*  
 Cajetanus hoc concordiae attribuit, quae quan-  
 tumvis Esau esset sceleratus, & impius, & repro-  
 bis adscriptus, tamen ut fratri foedere junctus  
 est, vultum ejus in Angelicum, quasi spiritus di-  
 vinitatem mutavit. *Suscipe quae munus meum  
 quamvis opulencia abundet, quia non offero tibi ad  
 subveniendum indigentia, sed tanquam Deo, seu,  
 Angelo cui offertur in signum venerationis, ego enim  
 in signum illius tibi offero.*

24. Sed quae damna è contra non causat dif-  
 cordia? de discordibus illud Christi de Juda  
 dici potest: *Melius illi erat si natus non fuisset.*  
 Quid Rebecca uterum ferens de duobus filiis  
 concertantibus dixerit recordemini. *Si sic mihi  
 fuissemus*

Gen. c. 33.  
 10as.  
 Chryso.  
 Abulens.  
 Pagnin.  
 Olear.  
 Cajetan.

Esau  
 Jacob

*Gen. 25.* futurum erat, quid necesse fuit concipere? Quae Gutericus Abbas sic illustat. Sed cum sese colliderent parvuli discordes in utero Rebecca, quia prius oraverat, ut conciperet. *A. longique si sic, inquit, futurum mihi erat, quid necesse erat concipere? si de aliquo nostrum fratres sic conqueri conigerit, vixera matris nostrae. id est Ecclesia. timore ne melius fuisset, si conceptus homo ille non fuisset. Audite Historiam.*

*Plut. in praecept. polit. philo.* 25. Leo Bizantius Athenas de pace cum civibus acturus ablegatus est: statuta erat exigua: senatum peroratus intrat. Ad visum hujus

pigrae quilibet effunditur in risum. Quid sit Leo, meam parvitatem ridetis? Quid ergo faceretis, si uxorem meam vobis conspiceretis diceretis, quae vertice vix genia mea attingit, vos iudicetis. Sed scitote, quod concordēs omnia sedes, sed discordes tota domus non capiat, & unum ē nobis duobus exire est necesse. Ex hoc civis quam utilis sit concordia, noxia discordia, didicerunt, & reconciliati sunt. Idem vos hodie facite, dum Saluator ut sibi satisfiat, & vobis utilitas inde proveniat, id praecipit dicens: *Vade prius reconciliari fratri tuo.*

# DOMINICA SEXTA POST PENTECOSTEN.

*Miserere super urbem, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent. D. Marc. cap. 8.*

## ARGUMENTUM.

*Ostenditur quam magna sit Dei misericordia, & quod magis inclinetur ad effectum misericordiae, quam ad rigorem iustitiae.*

**S**I princeps semper fulminet ferro iustitiae, ac rigorem adhibet suppliciorum, traducitur ut inhumanus, & crudelis, corda subditorum feritate armat & civitati subinde refractantur, & rebellant. Nemo monstrum crudelitatis gloriam imperii obfuscat, dum uxorem veneno, matrem ferro, magistrum incisione venae extinxit, & patriam igne destruxit. Mithridatus unico rigido epistolo octuaginta milia Romanorum enecari iussit. Ptolemaeus matri caput, ac pedes proprii filii dono dedit. Claudius morte triginta senatorum, ac trecentorum nobilium nuptias cum Agrippina celebravit. Cajus Caligula Romanis unicum jugulum optasset, ut unico ictu omnes jugulare posset. Rex Cambyses iudicem pelle exui fecit, ac tribunali in quo succellurus erat filius, illam superindui iussit. Rex superbus Aegypti ob illapsum scypho mustam, hominem ferretio inferri voluit. Idcirco horum Imperatorum crudele dominium plus acerbatis, quam diuturnitatis habuit. Politica principi clemen-

tiam suadet, ac rigorem, & asperitatem dehortatur. Clementem animo, vultu placidum, ore salubri doctum principem esse docet sit ergo clementer, pater, mansuetus & pius. R. dolphoni Imperatorem mihi ad hunc mihi rigoris sepe percontuit. Severum & immittentem fuisse me aliquando pavent, lenem, & placidum nunquam. Forlan consilio inlites Senece. Nihil lum docet magis clementia quam principum. Et de clementia gem observans imperatorem: Clementia docet principem, timorem, & amorem se conciliatum magis potius clementia quam rigore creditur Theodosius Imperator filio succedenti hoc monuit reliquit.

*Sis pius in primis, nam cum vincamur in omni munere, sola Deo aequa clementia notu.*

*Dicto Antonii Pii: Melius servare vitam, quam occidere mille, & potius se conformare voluit.*

*Sis piger ad poenas, princeps ad praemia celeris. Quisque dolens quoties cogit esse ferax.*

*Officina Teatoria.*

*Invoc. Tranquil.*

Sed rigor non adhibetur iustitiae, errores impiores etiam. Interest Republica ne crimina maneat impunita. Dicitur conivere delinquentibus, & iustitiam ad salutem latronum remittere: clementem se exhibere peccantibus, est in occasionem praebere ne se emendent. sed spe facilius veniam impetrandi: quotidie augetur, & crescit. Si Chirurgus politicus sit benevolus, plagae excrescebantur & in cancerum velle degenerare minantur, pravis est: pium crudelitas est.

subiunxit: *Esto Deus in omnibus sit excellens, misericordiam tamen exhibendo seipsum excellere videtur.*

*1. de veter. Dei propof. 3.*

— Namque per aquora lata sagitta  
Mora volant &c.  
— Alti aliquando per undas  
Turbinis in morem discunt.

Eum debere habere velocitatem Delphini quoad clementiam, tarditatem vero Anchorae quoad iustitiam punitivam docere voluit.

5. Si caeca gentilitas Deos suos, ut videtur est apud Macrobius, pedes habere laneos fingebat, ut ostenderet eos ad poenam lento properare passu, *Et lana lenem Deum habere ostendebant.* Titi similiter esse Plutarcho Deos sculpebant, dum compediunt, quasi impositos clementia ad prope incedendum contra peccatores. Sed signenta gentilitatis veritati Christianae cedant. Dum Deus nosse ob enormia delicta punire cogitur, misericordia eum detinet, pedes habet laneos, & anchora clementiae eum impedit. *Talis quidem est Deus noster promptissimus ad benefaciendum, tardus ad iram, seu executionem iustitiae.*

*Macr. lib. 1. Sat. c. 6.*

*Plutarch. lib. 1. probl.*

6. Considerationem ad opera à Deo in principio mundi producta sublevemus, & omnia ductore Davide esse partus divinae misericordiae reperiemus. Si sapientia, & voluntate quasi duabus manibus cunctipotentijs immensam fabricam sphaerarum caelestium fabricavit, à misericordia ad id fuit inductus. *Qui fecit caelos in intel. lectu, quoniam in aeternum misericordia ejus.* Si caelo fabricato, ad hoc ut esset regia civium supernorum, se accinxit ut terram super fundamenta propriae stabilitatis, sitae supra superficiem aquae ad libram vocaret, ad hoc ut esset deliriosa mansio mortalium, misericordia hujus causa fuit. Si impetu jussionum ejus ad ornatum caeli decorem universi, commodum mortalium, illico, sol, luna, & stellae comparuerunt, totum hoc intuitu misericordiae est factum. *Qui firmavit terram super aquas, quoniam in aeternum misericordia ejus. Qui fecit luminaria magna, solem in pote-*

*Veteratissima alet suffusa medulla.  
Non levior manu, ferro sanantur, & igne.*

Saepe coram verificatur dii Num eruditum Caeli Balbina: *Bona nocet, qui malis parit.* Vel illud: *bonorum injuria sit malorum impunitas.*

2. Tu o Princeps universi hoc mane, & rigores excedendi iustitiae cum turbis Evangelicis casum habes, cum toties te verbis & factis adeo male habeant, & etiam occasio sese offert erga eos, qui irridendam incedam tolerant clementiam ostendendi: iam triduo sustinent te nec habent quod manducant. Ad quid ergo te resolvit: *Miserere super turbam.* Et ut videbimus in praesenti difficultate, potius ad compatiendum misericordia, quam ad castigandum iustitia sese inclinatum demonstrare voluit. Ad imitationem Christi etiam habet convivium pane, & piscibus inlittere voluit hac lege ut quisque suam partem porter. Ego panem, qui est figura verbi Dei adferam, vos pisces, qui cum sit ellogues, symbolum sunt Ricarum, subvinitate. Ac incipiamus.

PARS PRIMA.

*Miserere super turbam quia, &c.*

3. Omnia attributa divina proprietates sunt divinae majestatis, nam sine iis non esset Deus, cui sunt identificata. Et quid aliud est iustitia, misericordia, scientia ac providentia, sapientia, bonitas Dei, nisi ipse Deus, veruntamen est, quod quoad effectus, quos erga nos peccatores demonstrat nullum attributum, adeo proprium ipsi dici posse, quam misericordiam, quae nos à malis sublevat, & fragilitatibus compatiatur. *Multis scribebat quidam doctus quidem Das propria sunt, sed misereri, parcere sic Deo proprium est, quasi inter reliqua omnia divina attributa, hoc magis proprium esse videatur.* Et postea

Bellar. in Ps. 135 f. 229.

potestatem dei, lunam, & stellas in potestatem nostram, quoniam in aeternum misericordia eius. Ut ostendat Bellarminus eminentissimus; omnia opera Dei sive ad orationem, sive ad providentiam pertinent: sive ad redemptionem, ex misericordia Dei profecta sunt: Deus enim, qui nulla re indiget, & rerum omnium ab solutus Dominus est, nihil facit ex necessitate, nihil ex debito, sed omnia ex misericordia.

H. 199.

7. Si ita respiciatur in operibus creationis, quanto magis radiabit in operibus redemptionis: observemus id, quod dicit David. Misericors Dominus, & justus, & Deus noster miseretur. Bis hic commemoratur misericordia, semel tantum iustitia, perinde ac demonstraret, Deum nunquam exercere iustitiam nisi misericordia moderatam, & temperatam, & si semel iustitiam adhibeat, tandem cum affectus misericordiae duplicat. Hinc Os aureum. Deus dicitur misericors, & justus, quis semper admittet misericordiam iustitiae, & iustitiam misericordiae. Et postea subdit David: Deus noster miseretur, quia Deus magis propitius est ad miserendum quam puniendum. Non sine mysterio vates iustitiam inter duos actus misericordiae collocat, & locum medium donat. Misericors Dominus, & Deus noster miseretur, ac si iustitia a phalangibus misericordiae obfusione cingeretur; unde cum condicione sededat, & deprimatur necesse est. Vel dici potest, si iustitia dextera gladio armat, ut puniat, illi eo se opponere misericordiam. Misericors Dominus. Si sinistram muniat, misericordia ut Clypeus se objicit. Et Deus noster miseretur.

Io. Chrys. in Ps. 114 & apud Bellar. in Ps. 114 v. 5.

est haec partialitas? ambae sunt infideles, Martha  
erat sola, adeo honorem perdere non poterat, nec  
erat periculum, ut defectus manifestaretur, &  
ipsa diffamaretur. Magdalenam plures comi-  
tabatur: Multi secuti sunt eam, hinc ne apud  
amicos, & cognatos diffamaretur, Christus nec  
verbum de eius infidelitate movit. Est conceptus  
Christo, Christus non loquitur Magdalene, sicuti  
loquitur est sorori, non erat tempus verborum, ubi  
Christo, enim eras turba.*

D. Ioan.  
Christo,

18. Ex hac usque dictis inferri potest quam  
quisque sollicitus esse debet ut operibus hono-  
ratus, & excellentibus famam tueatur, & defe-  
ctus proximi occultando eum non diffamet.  
Omnes amissiones, sed praecipue honoris sunt  
vitae peribiles. Subtile ingentium, honorem, ven-  
tum, aquam, unanimiter egreduntur. Post iter  
honor, & aqua ventum interrogant, ubinam  
eum invenire possent post discessum. Venus re-  
spondit, nunc dego in vertice montium, aliquando  
per planities camporum me oblectaturus  
ambulo, in his locis me invenire poteritis. Ho-  
nor, & ventus ab aqua ubi habitaret quaerunt,  
ut illam invenire possent si necessitas urgeret,  
ego respondit ordinarie sum in vallibus, & locis  
inferioribus terrae. Nunc jaceo in vallibus, nunc  
turbida per meatus fluo, in his locis me reperire  
poteritis. Idem quaerunt ab honore ventus,  
& aqua quo loco eum reperire possent, si infor-  
tunio contingit, ut eum perdant. Honor sic re-  
spondit. Hic mihi est genius, ut semel amif-  
sus rursus inveniri non possim. Qui est bene  
auritus attendat. Egenis solam charitatem  
praestare, & quieto.

ALTERA PARS.

19. HAc parte instat Paraphrasis nonnulla pua-  
ta principalia investigare decrevi pro ve-  
stro bono. Primo observo in hac parabola, &  
& servi diffamati, & domini, apud quem est dif-  
famatus, mentionem fieri, sed de diffamante nil  
commemoratur, hic villicus diffamatus est: homo  
quidam erat divus. Sanctus Lucas scriptor adeo  
exactus, an hic se ostendit defectuosum? id  
cense nequit, quia calamum ejus Spiritus san-  
ctus rexit; Potius dixerim eum docere vo-  
luisse revelantem defectus proximi, eumque  
diffa-

R 2

Handwritten notes in the right margin, including the word "licab" and other illegible characters.

diffamantem non tantum esse indignum, qui inter personas honoratas nominetur, sed nec mereri ut in hoc mundo vivat. Lex dicit: *Qui casum dicit, casum probare tenetur.* David morti vicium filium Salomonem suum in regno successorem advocans, hæc ei in mandatis dedit, primò ut semper spectaret honorem divinum. Secundo ne Capitanei Joab oblivisceretur: *Tu quoque nosti, quæ fecerit mihi Joab filius Sarbia, facies ergo juxta sapientiam tuam.* Vestra majestas sit consolata, & secuta, quod omnia fient, David defungitur, & sepultus est in civitate David. Salomon illico filium Jojade Banajam ablegat ut Joabum trucidet. *Vade, & interfice eum.* Quomodo David agit animam, & filio hanc præcipit vindictam, quam ipse neglexit morte præoccupatus? pro ignoscencia vindictam ostendit? *Qui per alium facit, per seipsum facere videtur,* leges sunt claræ. Et nonne hic est Joab, omnium bellatorum dux, & rebellium domitor, qui toties pugnando vitam periculo exposuit? Joab, qui regis partes defendens plus quam centies, certatim in hostem ivit, subidò se neci tradidit? in quo Regem offenderit scire vellem. In Scriptura nil de hoc reperitur, sed Lyranus id ostendit. Rex David Epistolium ad Joab dedit, quatenus Uriam loco periculosissimo, & infimissimo exponeret, ut primo impetu interiret, scriptum habuit successum, de quo nonnulli amici Uriæ apud Joab conquesti sunt allegantes, quod à proposito eum neci tradiderit prima ipsium veltationi exponendo, idque quia proleperitati Uriæ invidit. Joab se excusavit dicens, non suo, sed regis mandato hæc facta. Nemo fidem adhibere voluit, sed sentiens se constitungi, litteram Davidis protulit, & dixit: Videte Signillum regium, & propriam manum regiam, quid à me petitis? An hoc à me patratum crimen credatis, si rex mihi in mandato non dedisset; sicine, ait David, maculas meam famam inter milites spargendo errore à me commissum? hoc vitam demeretur. Propter hoc, verba sunt Lyrani, intelligitur malum, quod fecit Joab contra personam David, ostendendo alius litteras quas ipse miserat secreta de morte Uriæ. Accusator in hodierno Evangelio ad eò fuit exolus Christo, & sancto Luca, ut eum indignum reputaret, qui nominaretur, & veluti esset mortuus de eo mentio non fieret.

20. Audite querelas. Dominus eum accessit, & antequam eum objurgeret, prius manu tangere, & oculis venientem delicti conspiceret vult. *Quid*

hoc audio de te? reddere rationem villificationis tue, docere voluit nos primo impetu actorum aliter iudicare non debere. Audite Gregorius: *Peccatoribus exemplum proponat, ne mala hominum animi præsumamus credere, quam probare.* Unicum exemplum Scripturæ examinemus. Calo & terra creatus Deus, descendit lucem tenebris, hæc divino quomodo sustineri possit nescio: Illud, quod ante fuit unicum tantum dividi potest. Quomodo ergo tenebræ contrariæ luci se jungi possunt? lux tenebras fugat. Hugo Victorinus dubium diluit dicens, Deum judicasse lucem esse accedens positivum, tenebras privativum. *Vidit Deus lucem, quod esset bona, & ulterius: descendit, id est radiavit lucem non esse tenebras.* Quare prius vidit? dicit Hugo: *Quia noluit prius dividere, vel dividere, quam videret, adducit enim opus in judicium contra præcipitantes sententiam.* Sed postea ut demola administratione certior factus est, villificationis privavit. *Non enim poteris villicare.* Audite replicam servi: *Quid faciam, quia Dominus non auferit à me villificationem.* Sed cur potius non dicit: *Quid faciam quia dissipavi bona Domini mei?* magis cum poena, quam supplicium alligabitur hæc est proprietas peccatoris.

21. Jeroboam dum inaruisse sibi manus, quia temerè fungi officio sacerdotis volebat, & aram incesitare, rogavit Prophetam, ut à Deo veritatem manus flagitaret: *Ora pro me, ut respiciatur mihi manus mea.* Poenæ remissionem magis optat, quam culpæ. Hinc Angelicus: *Rogavit Jeroboam Prophetam, ut sibi peccaret non sceleris remissionem, sed manus in rationem.*

22. Deus Saulo, ut demolatur, & destruat urbem Amaleitarum, & nulli vitam donec, à viro usque ad mulierem præcepit: *Etiam, etiam, columbam, & asinum intericiui voluit, nec Saulo quidquam levi vati: Demolere viros in eis, & in concupisces ex rebus ipsius aliquid.* Sed totum contrarium fecit. *Peperit optime gregibus ovium, & armentorum, vesibus, arboribus, & suis, et sic quæ pulchra sunt.* Deo jubente Samuel eum reprehensusus adivit. *Quare non audisti vocem Domini, & fecisti malum in conspectu Dei?* Saul ad hæc verba caput agitavit, ac si ad lapidem d'ista fuisset, & temerarie vati respondit: *Imò audire vocem Domini, & ambulare in via, per quam misit me Dominus.* Samuel vela vertit & de supplicio mentionem facit, Deum eum velle perire: *ergo. Abjicit te Dominus ne sis rex.* Quid ager Saul notare. In terra procumbit, vati se labentibus & percutiendo pectus dixit: *Peccavi, quia præ-*

Lyranus in 3 Reg. cap. 2.



curatus sum passum Dei. Cur nunc & non  
ante te recommendavit? en causam: prius de  
peccato, nunc de pœna sermo est. Sic Lyra-  
nus. *Hec dicit Saul magis formidine pœna, quàm  
amore iustitiae.* Servus evangelicus bona Do-  
mini dissipasse nil curavit, sed ut audivit, non e-  
minis pœnis villicare, cor sibi stringi sensit.

1. Aliam Scripturam novi testamenti adde-  
re, & hoc meum discursum finire volo. Chri-  
stus cavabat, & verbis mansuetis deplorans se à  
quodam ex dilectissimis tradendum dixit: *Finis  
culpram me traditurus est.* Animam meam trans-  
iit, quod unus vestrum tantum errorem sic  
commisistis, Judas cum traditurus erat, & ta-  
men silet, Judas cur non loqueris? cur non mo-  
veris? ac si esset lapis cibus inhiat, & verba ma-  
gisteri non curat. Christus deo de traditione  
egit, & traditori supplicia micatur. *Va homini  
is per quem filius hominis tradetur, bonum erat  
et si natus non fuisset homo ille.* Judas dum audit  
ea, & minas pœnarum, caput elevat, aures præ-  
bet, oculos atollit, & totus suspiciosus, ac tre-  
mens ad Christum se vertit dicens: *Nunquid ego  
sum Rabbi?* O pessime nebuloso, dum de peccato  
regit somnum simulas, sed ad nominationem

pœnae expergisceris: culpam irrides, sed pœnam  
valde sentis: *Quid est hoc insano proditor: tunc dor-  
mibas ad culpam, nunc evigilas ad pœnam: ma-  
gis hac quàm illa tuum animum villicavit, plane  
servus es, non filius, adversarius non amicus, ti-  
more ducis, non amore, leviter vocantem con-  
tempnisti, terribiliter tonantem formidasti.* Hunc  
defectum Judæ omnes peccatores hæc edicantur.  
Ego credo, quod si peccatum non attraheret  
pœnam, sicut magnes ferrum, nunquam à Deo  
offendendo cessarent. Si posset cum hoc ser-  
vo omnia Dei bona dissiparent. Deus non tau-  
tum infernum fecit ut peccatores puniat, sed ut  
illo in hac vita etiam eos terreat; scit enim, quod  
esto non delicti sint à peccatis, quia sunt of-  
fensa gravissima, & maxima injuria, que Deo  
nostro fieri potest, ad minus videntes infernum  
apertum, ejusque flammæ atroces, & æternas  
pœnas sibi destinatas emendabuntur. Si ergo  
hactenus offensas Dei parum curasti, si pessimis  
operibus te defamasti, & proximum ejus defe-  
ctus propalando *Accipe cautionem tuam, hoc  
est ait Rupert.* emenda te operibus bonis vo-  
cando, & defectus alterius silendo, *Cavens, ut  
de operibus  
SS. c. 21.*

# DOMINICA NONA POST PENTECOSTEN.

*Cum appropinquaret JESVS Jerosolymam, vidit civitatem, flevit super  
illam. Luc. 19.*

## ARGUMENTUM.

*Deus graviori fert injurias se, quàm sibi irrogatas. Primo dum nostris magis compati-  
tur, quàm suis; secundo dum suas magis tolerat, quàm nostras, tertio dum  
severius nostras castigat, quàm suas.*

**D**UO fontes lachrimarum ex oculis Sal-  
vatoris manabant, quando iustar viti-  
dici Prophete ruinas miseræ Hieroso-  
lymæ obvolutas sic prædicebat: *Ve-  
niant dies in te, & circumdabunt te inimici tui  
valles, conquisibunt te undique, & ad terram  
proficient te, & filios tuos, & non relinquent in  
te lapidem super lapidem.* Et ego ex imo cordis  
exhalasse duplicata suspirat plangendo sic dixisse  
credo. O infelicem, & infortunatum Hieroso-  
lymam, non multum temporis efflue: quin mi-  
seriarum aceruo involvaris. Tuo malo specta-  
trix eris lugebris ruarum calamitatum, & obles-  
ta eris meta hostium Romanorum. Jam eru-  
R 3 enta

PARS PRIMA.

enta labra superba, & inflata ob spem certam victorie explicantur. Et resonantia tympana cohortes ad aciem vocant, & sonora tubæ selectiores copias ad prælium excitant. Jam siemunt exercitus, & milites impatientes tumpunt frenum cunctationis, ut tibi noceant. Video obfidionem qua cingris, audio furias globorum, qui & concavo tormentorum excussi tua mœnia quatunt. Nunc arma famelica, & sicibunda acciuntur, ut sese tui destructione faturent, & ut ardentem sicut extinguant, tu sanguini intinguntur. Hinc cor meum cogitat lacrimas dolorum oculis eliquare: *Videns civitatem fleuit super illam.*

Ergone tu, quæ dextrâ sceptrâ moderaris, collo jugum servitutis innui patieris: tu quæ es Domina, fies serva, & manceps: tu, quæ nata es, ut debelles & vincas, vincaris & debelleris: subiecta, & vincita curum Triumphalem Titi, & Vespasiani trahes, ut tuis ignominis honores aliorum triumphos, & tua ruina victorias hostium augeas: tuæ miseræ causâ dolorosa meorum lachrimarum præcisæ sunt. *Videns civitatem fleuit super illam.* O clementissime Redemptor, lachrimas mitte, & si plangere velis, non illam, sed te desleto. Ticus, & Vespasianus non aded erunt crudes in ejus destructione, quam illa erit atrox & immisericors in tui occisione. Tu flagellis, ac tormentis obrueris. In illa lapis super lapidem non manebit, verum in tua humanitate illa nec guttam sanguinis linquet. Cur ergo compateris miseris civitatibus, quæ aded contra te sic crudelis? *Aded*

*Iansen in Conc. E. wang. cap. 110. fol. 73. part. 4. Euseb. E. missen. apud Al. cum. in Dom. post. 1788.*

*est ait. Janf. misericordia motus, ut etiam lacrimas profuderit, non super se occidendum à Hieronymo, sed super illam, id est propter illam, & illius exitum ut appropinquavit videns civitatem in suam necem conspirantem, non de mortuâ, quam illa machinabatur sed de illius ruina, & perditione fleuit.* Verbo: Deus magis injurias nobis irrogatas, quam sibi fere, & hoc tribus modis demonstrat, primo dum nostris miseris magis compatitur, quam suis; secundo, dum æquus sibi irrogatas tolerat, quam nobis, tertio dum offensas nobis factas severius castigant, quam sibi factas. Hæc erunt tres linee, quæ à circumferentia mei disputus ductæ ad centrum Evangelii terminabuntur. Interea moneo primam requirere silentium, secundam attentionem, tertiam breviteratem. Duæ priores conditiones requiruntur in vobis, tertia in me. Vos mihi facite illis, ego vobis has serviam, & incipio.

*Videns IESVS civitatem & fleuit super illam.*

2. *Julius, quæ præest proprietates inseparabilis esse deberet, potius unitatem subditorum, quam proprium commodum spectare. Commodum fuit Tullii: si consulis populo, remove te à suspitione alienigenis tui commisi, facis dem, te nihil nisi populi utilitatem, & fructum querere. Et alias subiunxit: Principem omnium, qui non præest salutem, liberis, famam, fortunam esse charissimas decet. Hinc Claudianus.*

*Te civem patremq; geras, tu consule cunctis. Nec tibi, ne tuas te moventur, sed publica voca.*

Inter alia præcepta, quæ Plato dedit pro conservatione reipublicæ hoc unum fuit: *Quæ sunt reipublicæ utilitatem civium servatæ, ut quicquid agunt, ad eam referant obliiti commodorum suorum. Ut enim vitula, sic præratio reipublicæ ad utilitatem eorum, qui commisit sunt gerenda est.*

Si credimus Livio, spectare tantum proprium commodum ad Tyrannum spectat: *Hic uno Rex differt à tyranno, quæ summum crimen putat populam, aut reipublicam esse civitatem.* Et Hierocles adjunxit: *Præcepti, & Rex bonus non tam sibi, quam populo consulit, tyrannus quibus præest commodis, utilitatibusque servit.*

*Ælius Adrianus Cæsar in hoc maxime gloria ri solebat: Non mihi, sed populo. Hic gratiam subditis juxta illum doctum.*

*Quem sua non tam vota movent, quam patris: ca; quique. Non sibi, sed populo consulit, ille placet.*

Hujus conditionis fuit Saluator, dum tinas Hierusalem propriis miseris anteposuit. *Elevit super illam, non super se.*

3. Sacri Evangelistæ Dei Filio in horto Olivarum orante Patrem æternum, referent in ejus sereno coelo vultus divini, nescio an dicam stellas, vel stellas sanguinis comparasse: *Factus est sudor ejus sicut gutta, sanguinis decurrens super terram.* Video effectum scilicet sanguineum, sed causam unde procedat invelligare nescio. Cajetanus ex Anstoroce respondet sudorem

Indorem sanguinis potuisse esse naturalem, sicut idem Philoſophus in aliis contigiſſe teſtatur. *Iſtus quippe complexionis ſanguinem ſudorem emittit: namque deſiccato aquoſitate ſanguinis, qui eſt materia ſudoris, nominatim quoque ſanguinis emittit.* Alii hunc ſudorem ex nimia apprehenſione tormentorum cauſam afferunt: *Id enim ira angeris accidit magnitudine, qui ſudorem ſolis exprimit, ut in morientibus patet.* Noſter beatus Simon à Caſſia in corde Chriſti magnum conſiſtutum initium fuiſſe, & gladios acerrimiſſimos dolorum pupugiſſe, ex cuius puncturis ſanguis manavit, affirmat: *Durum ſolent agelatur in anima Chriſti, ex conſiſtentiſſimo ſanguine tam late manabat.* In ejus corde detestabatur, & amor quo flagrabat erga genus humanum concertabant. Unam ſubilitatem Rupertus Abbatis audite. Hic Author in eo loco multos fuiſſe lapides putat. Hos dum Chriſtus aſſeſſit, mentem ejus ſubint illos inſtrumenta martyrii facti Stephani futuros; ac ſi dixiſſet: *ô lapides impij, ô petras crudeles, vos membra mei Levite lacerabitis, vos carnem aſſeſſeritis, vos viam auferetis, eique mortem dabit. Hæc conſideratio adeo cor ejus tranſiit, tantumque dolorem intulit, ut ſudorem ſanguinis expreſſerit. *Facilius eſt ſudor ejus ſicut gutta ſanguinis decurſerit ſuper terram.**

4. Sed ô mi Redemptor antequam lapides intrare, an non menti tuæ calix amarus cum omnibus inſtrumentis paſſionis ſeſe objecit? quimodò dixiſti enim. *Pater ſi vis tranſfer à me calicem iſtum.* Hi eventus doloroſi utpote clarorum, ſpirantum, flagellorum, quæ tuum corpus cruciabunt, potius ſanguinem expreſſerit tibi deberent, quam lampades, qui impetent Stephanum. Qualiter ſanctus Matthæus de calice paſſionis loquitur obſervemus, *Transſent à me calix iſte.* Quid proprie ſignificat tranſſent? Logice dum audit propoſitionem, quam parum curat, num illam neget, vel concedat, dicit *tranſſent*, id eſt parum mea referet. Hinc ad cauſam etiam dixit Chriſtus de calice paſſionis: *Transſent à me calix iſte: ſed lapides Stephani adeo ipſum tormentarunt, ut ſudorem cruciatum expreſſerit, Et factus eſt ſudor.*

5. Hic Rupertus tuos ô Stephano, Chriſtus ſanguinem abut lapides, tuumque ſanguinem moriturus, hinc factus eſt ſudor, &c.

6. Maneamus in hortu Olivarum, ut aliis obſervationibus actiones Chriſti ponderemus.

Adſunt Hebræi, ut eum capiant, & ducere Juda eum accedant, ut manum injiciant, & vinciant. Dominus interrogat. *Quem queritis?* reſpondent *Jeſum Nazarenum.* Replicat Chriſtus. *Dixi vobis quia ego ſum.* Si ergo me velitis alibi ne me queratis, ego ipſe ſum, & ſi me velitis capere, non reſiſto, unicum à vobis rogo, ne meis diſcipulis moleſti ſitis. *Si ergo me queritis, ſinite hos abire.* De me facite, quod lubet. Lacerate me, torquere, carnes hæc diſcerpente, occidite me, ſed horum ne capillum tangatis. *Sinite hos abire.* Simile quid de Epaminonda hiftorici referunt. Hic generoſus dux pro Thebanis dimicans ab hoſtibus vulnere lethale recepit, accurrunt milites in ejus ſubſidium, ac illa propria ſua perſona neglecta ſollicitior de clypeo lapſo fuit. Hinc milites interrogavit, an eſſet in tuto, vel num hoſti ceſſiſſet, rogavitque ut neglecta curatione vulneris è quo ſanguinem & animam verſabat, irent omnem conatum adhibitu, ne in manus hoſtiles deveniret. Demonſtravit clypeo ſemagis torqueti, quam à ſe ipſo. *Vi rolatuſ* (inquit Juſtinus hiftoricus) *in caſtra ſemianimis vocem ſpiritusque collegit, ſed unum à circumſtantiſſimis requiſivit, num candenti ſibi ſentum ademiſſet hoſtis, quod ut ſervatum audivit, allatum veluti laborum gloriæ ſocum oſculatus, atque ita gratulabundus exſpiravit.* Chriſtus ſanctus Ecceſta, & militiæ Chriſtiane dux erat, in hortu ab hoſtibus cunctis, magis eſt ſollicitus de ſuis ſcutis Apoſtolicis, quam de ſe ipſo. Hinc ait ad turbas. *Si ergo me queritis, ſinite hos abire.* Idcirco Theodoretus. *Dominus autem, ut non caperentur diſcipuli dixit: ſi ergo me queritis, &c.*

6. Duo diſcipuli Chriſti in Emaus pergebant, & dum de morte Chriſti moeſtos diſcurſus miſcerent, ille ſubito viatorum more veſtitus ſe iis jungit, familiariter, ex ſcripturis factis ſuam gloriſiam reſurrectionem probare conatur. Sol jam occubiturus erat, & nox in acte explicans ſua atra vela comparebat. Et in Domini ulterius ſibi proſciſcendum ſingens ab iis vale ſumpſit. Optatem hanc diem eſſe annum, ut vobiscum iter agere poſſem, ſed ulterius mihi eundem eſt, id eſt vobis valedico, Deus vobiscum ſit; hic abire diſcipulis datus videbatur, id eſt rogant: *Mane nobiſcum Domine, quoniam ad veſperas ſcit.* Nox ingruit, non eſt tempus iter producendi, id eſt nobiſcum mane. Salvaror conſtat, & diverſorū petierunt.

S. Ioh. c. 18.

Valerius Maximus lib. 3. c. 2. Iuſtinus Epiſt. 1. 6.

Theod. in c. 18. Ioh.

Luc. 24.

Handwritten notes in the right margin, including the word "dicant" and other illegible characters.

tempus cœnz advehit, nec nisi unicum panem habebant, illum mensæ apponunt. Christus ei benedixit, & in duas partes divisit. Hinc facit textus. *Accepti panem, benedixit ac fregit: Panem unum tantum dividit in duas partes: an non tres mensæ affidebant: ergo unus manebat incœnatus? Agedum, ait Christus, vestra necessitati compatiar, portionem meam vobis cedo, vos eam comedite. Et porrigebat illis.* Est ob-

*Duran. in Rat. Bibl. & Alphons. Salm. in c. 24. D. Luc. 11. 9. 1. p. in*

servatio Durandi, in Emmaus fregisse panem, sed non comedisse lagynos. Et Salmeron. Admit sibi panem de ore, ut discipulis provideat. O mi Deus, quam pius es? magis compateris nostris miseris, quam tuis adversariis, quas ingrata Hierusalem in tuum damnium tibi parat. Hinc nil miri si oculi lachrymis, labra suspiriis, illam deplorent, cum ejus miseriam tibi displicent. *Flevit non super se, sed super illam.* Sed quid tero tempus in Scripturis, si quotidie id in vobis & maxime in me experientia hoc demonstrat: ego vilissima creatura te ingrata offendo, & tu mihi clementer compateris, excusans meam fragilitatem. Altera die rursus te offendo, & tu denovo paratus es, ut mihi compatiaris; dicens me à Dæmone teatum, tu offensus mihi offendeam compateris, & quis unquam audivit vulneratum ob vulnus compati vulnerant? *Flevit super illam.*

*D. Luc. cap. 7.*

7. Sed illud, quod me in stuporem agit, est, quod injurias suis illatas ægrius ferat, quam sibi datas. Christus à Pharisæo ad mensam invitatus fuit, sub prandio Magdalarum rogat, lachimis eum lavat, unguento inungit, labiis mundatis osculatur. *Et stans retro secus pedes Domini, lacrimis cepit rigare pedes ejus.* Pharisæus videns Redemptorem non repellere mulierem peccatricem, sed potius benevole eam admittere, & ejus supplicæ, & unctio gratificare, sic secum discurrete cepit. Magdalenam inter feminas est maxima peccatrix, & insuper Christus non est Propheta, sed se vendit pro tali. *Hic si esse Propheta sciret utique, quæ, & qualis esset mulier, qua tangit eum.* Sic interpretatur Janseus. Provocatur contra ad utriusque calumniam, & condemnationem: mulierem quidem esse peccatricem, Jesum vero indicant non esse Prophetam, qualis ab omnibus habetur. Et S. Gregorius Papa, *Agram reprehendit de agridine, medicum de subventionem.* Magna res, Simonem aggreditur, & Magdalenam defendit. *Si non habeo aliquid tibi dicere. Sic Janseus. Mulierem ab iniquo judicio*

*Inspen. con. m. in sonc. E. rang. c. 48. in c. 7. D. Luc. D. Greg. serm. de Maria Magd. Janjen. ib.*

liberat, & Pharisæica superbia medetur indicant. *lum quoq; peccatorem esse, & veniam digne, & longe in dilectione separari à muliere, quam per se contemnebat.* Domine, an non audivisti à Pharisæo te traduci ut vatem falsum, & mendacem? cur ergo ei non respondes. Defenderum honorem, nam qualis sic Magdalenam sciri. Quod ego siui offensus libenter toleto, sed quod Magdalenam sit offensa graviter meangit; quod demostro, dum non me, sed illam defendo. Hinc fuisse intentionem Christi his verbis authoritativè pradiatus restatur: *Notandum est illud, quod ad contemplantam mulierem, vocat Simonem dicens, vides hanc mulierem quasi dicat: Non poteris bene velut adhuc peccatricem advergari, & indignam meo contra te consensere, si eam probe contemplantam fueris, imò te longe ab ea superar invenies, si consersas tua in me officia cum illius officia. Vides tu toto corporis habitu penitentiam imaginem præferentem? quomodo ergo, tu peccatricem approbaris.*

8. Tempore passionis Filius Dei duabus injuriis gravissimis affectus fuit. Prima est alapa ei inflata ab impio servo coram Pontifice. *Ynus affligens dedit alapam Jesu.* Actio facta est indigna, ut Filius Dei eam sustineret non potuerit, & se continere non potens, dixit: *Si male batus sum, respiciam perhibe de malo, si autem bene, cur me cadis?* altera fuit dum in cruce ei manus clavis transfixerunt: ideo sanctus Hilarius præ dolore eum exclamasse, & ad Hellas utque voces emisisse ait. *Transverberante clavo palma gemitus ascendit, & clavo conversus est, & me hercle hi duo passus sunt digni observatione, & stupore.* Inter alia tormenta multa graviora veluti flagra ad columnam, spinas transfigentes ejus caput semper tacuit, nec signum dolotis ostendit. Et tunc ad colaphum impudentem se ostendit: præterea ita observante sancto Hilario quamvis clavi pedum crudeliores, vel æque crudeles fuerint, tamen claves manuum, & non pedum graviter fecit. *Audire caulam Philo Carpatius, sancti Iustinus, & Valentinus martyris Christi martyres Ecclesie designati afferunt: Maxilla & gena Christi martyris in Ecclesia. Idcirco sponia in cantibus factis solent dicere: Sicut fragmen mali punit gona tua. Nam sicut malo granarum interius est rubro, sicut dum, & exterius purpureum, sic martyres interius amare, & exterius languere toberent. Ideo Christus alapam sibi inflatam sibi coadit. Et si credimus Ilaia, in manibus Filii Dei con-*





*Cain.* Et tamen patravit sacrilegium. Sed fratricidium maledictione diluit. *Maledictus eris super terram.* Frugibus eum privat, nec vult ut ex labore fructum colligat. *Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos.* Quale est hoc paradoxum ob fratricidium, & non ob sacrilegium punitur? nollet Deus offendere voluit, se quidem possitolerare injurias sibi, sed nobis illatas, non posse se continere, quin puniat. Audire Chrysostomum. *Vide quemodo Deus, quando in ipsum peccavit Cain peccato non vulgari dimisit, quando autem in fratrem armavit dexteram, maledictionem intulit, & increpavit.*

*D. Ioh. Chryso.*

*Matth. 21.*

*Matth. 21.*

*Didacus Penfer. 10. 4. lib. 16. c. 11. in c. 13. D. Luce. 9. 20.*

12. Aliis occasionebus à me plures esse additas rationes, cur Christus dixit deoventit illam ficum, & coma exuerit, recordor. *Barrefacta est continuo ficulnea.* Non possum mihi imaginari, quare hanc arborem aggressus sit, forsitan quia diu jejunaverat (restitit namque textus quod esturrit) & nullum fructum invenit? verum quia non erat tempus ficorum, hanc penam non merebatur. Ego credo ficum fuisse sterilem nec unquam protulisse fructus. Hinc Christus eam non maledixit ob nullas repetas ficus solandæ fami, sed quia omnes labores quolibet anno ab agricola impensos frustra. Hoc confitimo similitudine, quam à Salvatore datam, sanctus Lucas recenlet: *Arboram fieri habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non invenit. Per tres annos non protulit fructus, Dominus vitroni præcepit, ut eam evelleret: Succida illam.* Gravis quidam anthor caulam hujus inquit, & responderid factum, non quod nullos produxerit fructus, sed quia terram inutiliter occupavit. *Ve quid terram occupat? Infrugiferam ficum succidi jubet Dominus. & cur eam succidi mandat? an quia sibi aliquod damnum importat? Absit, sed quia terra detrimentosa est, illam inutiliter occupans: quippianis, ut quid etiam terram occupat? hac similitudine humanata sapientia offendere voluit, se actius animadvertere in noxas nobis illatas, quam sibi.*

13. Hanc veritatem clarius expressit per illam parabolam, quam sanctus Matthæus scripto consignavit. Patrem familias adducit, qui servos citavit, ut quantum deberent rationem redderent. Unus comparuit, qui decem milia talenta debebat. Illi significavit Dominus se ad amissum omne debitum solvi velle, & si non sit nummatus, omnia mobilia, & immobilia vendat: *Inisti vendidisti omnia qua habebat, & reddidit.* Uementem Dominum percipere terram se prostravit rogans tempus, & misericordiam sibi præstari se omnia solviturum: *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Non tantum accepit hanc oblationem, sed omne debitum illi condonavit: *Miserus est Dominus servus illius, & omne debitum dimisit ei.*

14. Tanto affectu ferebatur Christus ego Hierosolytam, à qua tamen erat citi digressus, ut damna inferenda illi à Tito, & Vespasiano sibi mecerogari putarit. *Floret super illam, ac si florisset super se.* Damna, que intererat suis amicis, & fidelibus ea sibi inteti celet. David errata agnoscens actum contentions elicit, dum humiliter ad divinam majestatem converterius illachitimos dixit: *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: Tibi soli an solum offensus sum Deum? an non nocuisti Uræ ejus vocem rapiendo? nonne injuriam intulisti Bethsabee ejus victimam occidendo? ego tibi soli peccavi, & coram te peccaverat, etiam contra Uræ quem occiderat, & contra Bethsabee quem adulteraverat, & contra populum, quem sibi dedit averat.* Et sanctus Pater Augustinus S. Aug. hoc? nonne erat adulterata uxor altera? & maritus occisus? nonne omnes noverant, quod David fecerat? quid est, tibi soli peccavi, & malum coram te feci? Ah dicit David, Uræ qui-

bat, & reddidit. Uementem Dominum percipere terram se prostravit rogans tempus, & misericordiam sibi præstari se omnia solviturum: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Non tantum accepit hanc oblationem, sed omne debitum illi condonavit: Miserus est Dominus servus illius, & omne debitum dimisit ei.

Servus abiit contentus, & alre fortes palatii conferentem invenit, qui sibi centum denarios debebat, cum aggressus collo apprehendit, in solum dejecit, genua pedus calcavit, & colulum stringens eum, suffocatus erat. Suffocatus eum dicens: *redde quod debes.* Miser misericordiam flagitabat: *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi,* sed frustra, vel solve, vel refoveo, & dum viveas iller, cum carere concidit. Nonnulli servi præterea valde hoc factum admirantes, ex ejus crudelitate scandalizari solent, & narraverunt Dominus sua, omnia, qua facta fuerant. Dominus eum citavit, & modum procedendi improbens: *Tradidit eum terribili donec redderet unversum habitum.* Hic vesupio atreos auditores. Dominus ob proprium debitum eum non incitaret, sed debnum condonate, & quia male tracta conferentem, trane hile in flammatur? Ita ait Chrysostomus: *Cum in se peccatum est, ad omnia rationem peccati totum dimittit, cum autem in conferentem utruddelis, & inhumanus, suam revoce liberalitatem.*

14. Tanto affectu ferebatur Christus ego Hierosolytam, à qua tamen erat citi digressus, ut damna inferenda illi à Tito, & Vespasiano sibi mecerogari putarit. Floret super illam, ac si florisset super se. Damna, que intererat suis amicis, & fidelibus ea sibi inteti celet. David errata agnoscens actum contentions elicit, dum humiliter ad divinam majestatem converterius illachitimos dixit: Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: Tibi soli an solum offensus sum Deum? an non nocuisti Uræ ejus vocem rapiendo? nonne injuriam intulisti Bethsabee ejus victimam occidendo? ego tibi soli peccavi, & coram te peccaverat, etiam contra Uræ quem occiderat, & contra Bethsabee quem adulteraverat, & contra populum, quem sibi dedit averat. Et sanctus Pater Augustinus S. Aug. hoc? nonne erat adulterata uxor altera? & maritus occisus? nonne omnes noverant, quod David fecerat? quid est, tibi soli peccavi, & malum coram te feci? Ah dicit David, Uræ qui-

dem noui in vita, & Berthabez in honore, sed  
Deo hoc ita displicuit, ac si ipsum solum offendit.  
Ibi sub peccati: In persona propria laesus  
est. Oculo Prophetico omnia aduersa Hieroso-  
lymae etiam praevide, ex inimico cordis illa  
facit, ac veluti propria illa deploravit, & sicut  
ad Titum, & Vespasianus arma contra se sum-  
pserat: Fecit super illum.

15. Nos idem Creatori nostro exhibere de-  
beremus, hoc est injurias quas peccatores ipsi  
inferunt, & timore ac si nobis irrogarentur, Ad  
solum pertinet sentire inimicitias illatas pati,  
Nos furus filii Dei, audimus illum sceleratum  
Dei maledicere, cum blasphemate, honorem  
Dei laedere, & idemus, quot sunt Praelati, qui  
liberos habent discipulos, scandalosos, & pesti-  
mos, quique quotidie Deum offendunt? & tam-  
men conuenit, & ostendunt se non videre, ac  
sane, & si vident, tolerant: videntur non habere  
linguam ad eos arguendos, manus ad casti-  
gandos, aut contemtem, ut sibi obedientiam exhi-  
berent faciant. Et tamen dissolutiones eorum sunt  
offensa Dei, quas superior flocci pendit. Sed si  
habitor, semel unico verbo eorum personam  
tangat, & reparationem laedat, sunt Argi ad vi-  
derendos omnes defectus, & Eratet ad illos puni-  
endos, minus astringant, quod Deum blasphem-  
amus, & maledictioe petierit, quam quod uni-  
co verbo laesi fiat. Hic non est modus agendi  
boni Praelati. Ruar caelum, peccat mundus,  
angustias, imo vita amittatur, ut honor Dei con-  
suetur.

16. Ad nostrum ruborem sanctus Ambro-  
sius Antiochie quendam nobilem proditorie  
occidit, eoque necato eadem immobiliter ca-  
deret adhuc commemorat. Multi ad huic  
causam accurrunt, & inter illos occisor ne-  
cem dissimulatos, Canis homicida viso, eam la-  
tenter perit, & vellibus apprehendens vindictam  
indamavit, Canis inuestigato paulisper quibus do-  
lens, arma silicibus assumptis. O Deus tantae fa-  
ctus canis dominum, & homo videns hono-  
rem Dei laedi, cecit, & dissimulat: erubescamus,  
dum majori zelo belliam erga dominum, quam  
Christianum erga Deum fieri videmus. Dum,  
hoc cogito, horreo, nec alios terminos inuenire  
possum, quibus in his inconuenientias  
inveniat. Dicta sufficiant, &  
quiescat.

ALTERA PARS.

Veniens dies in te: & circumdabunt te inimici tui  
vulso, & circumdabunt te, & conquisibunt te  
undique, & ad terram prosterent te: & sicut  
tuus, qui in te sunt, & non reliquent in te  
lapidem super lapidem.

17. Quot aduersitates infelici Hierosoli-  
mae imminet? cum ingeris ab hosti-  
bus, qui te angustiant, & oppriment, solo a-  
quaberis, & funditus destrueris, multi filiorum  
tuorum captivabuntur, multi per mundum eura-  
bundi vagabuntur, Verbo; adeo desolaberis, &  
destrueris, ut nec lapis super lapidem mansurus  
sit. Et si causam harum aduersitatum scire velitis,  
audite Salvatorem plangentem. Et quod non cogi-  
no veris tempus visitationis tuae, ob scelera civium.  
Hinc Origenes, Non ego igitur, & illam Hierusa-  
lem propter habitatorum scelera fuisse destructam.  
Et eo ulque redacta est ab oblidendis Tito, &  
Vespasiano, ut fuerit civium carcer, ut fame & si-  
ti tabuerint, & omnes praecessitate perierint,  
illis angustis fuerunt involuti, ut mattes ne mo-  
reterentur fame, proprias proles devorarent. An po-  
telt audiri calamitas major? Conquisibunt te un-  
dique, hoc est inquit Dionysius Cathartianus, Cart in c.  
Sic oblidabunt, ut egredi non possis, nec audoas, sed  
fame, & siti, ac alius modis gravissime affigeris. art. 4. f.  
Ad tantam enim angustiam habitatores Hierusa-  
lem devenerunt, ut mulieres proprios pueros comede-  
rent. Jure itaque dici potelt, a nostris peccatis no-  
stra mala provalite. Propter peccata veniunt ad-  
versa. Hinc Chrysippus miseris involutos fallis,  
& contra rationem originem miseriarum, adver-  
sa fortunae, vel constellationi caeli attribue re af-  
ferit, imo potius illas sibi ipsis, & propriis pecca-  
tis ascribere debere.

Quam falso accusari superos, stultique que-  
runtur.  
Mortales, etenim nostrorum causa malorum.  
Ipsi nos sumus, & sua quemque decordia laedit.

Et sanctus Gregorius. Mala, qua patimur pec-  
cata nostra meruerunt. Hoc nosse d. s. lvaro: eu-  
tans paratitum docuisse videtur dum dixit, Con: Matt. 6. 9.  
sile filii veniuntur tibi peccata. Sed quid peccatis,  
cum paraly si h. z. in infirmitas ab eius peccatis pro-  
cellerat. Idcirco Doctor Angelicus dixit, quid est D Thom.  
quod iste peccat sanitatem corporis, & Dominus dat in c. 9.  
Janua-

Orig. in  
Cat. D. I. 16  
ibid.  
Dionysius  
Cart in c.  
9 D Luc.  
art. 4. f.  
244 lo-  
leph de bel-  
ludaica.  
Chrysipp.  
D Thom.  
in c. 9.

Handwritten notes in the right margin, including the word "Hierosolima" and other illegible characters.

Matth. f. caussa agritudinis, sicut in psalmo: propter iniquitates eorum multiplicata sunt infirmitates eorum.

Dionysius Et Dionysius Cathulianus confirmat. Remittuntur tibi peccata tua, propter quod hanc sustines infirmitatem.

18. Auditores, faciamus opus misericordiae, visitemus miserum infirmum nomine Job abyso miseriarum immerso. O Job qui tecum agitur? Pejus mecum agi non potest, collo tenus misericors sum immerfus, patientiam habere debeo, quia hi sunt fructus huius mundi. Quis sibi persuasisset hominem adeo opulentum, tantis miseris involvendum? mala tua ossa penetrant, es vera idra mortis. Haec lepra ad animam usque pergit, & ad minus non est tibi lectus in quo quiescas? haec putredo tibi ingeritur ex eo solum, quod in hoc loco immundo sis. Dic quoniam abierunt tot tuae opes, omnia mihi adverte fuerunt, Annon tibi fuerunt multae proles, quomodo te ergo ab omnibus derelictum video: omnes miserè obierunt, ut meae miseriae aufererentur. Miror tot tua mala, nec cogitare possum unde processerant, Sed auditores Jobum assignantem causam audite. Respondens Job dixit, utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitates, quam patior in steratere. Proprio ore haec adverte a peccatis orta fatetur, eisque opinioni adhaerent tres eius amici, qui eum inviserunt. Nempe Eliphaz Themanites, Baldad, Suhites, Sophar Naamathites Sic Ambrosius, Tres illi Reges amici Job, propterea eum peccatorem pronuntiabant, quia in opem factum ex arboribus, orbantem liberis ex faciendo parente, perfusum ulceribus, inhorrentem vibratibus, exaratum vulneribus à capite usque ad pedes videbant: & esto esset iustus, & amicus Dei, tamen à posteriori ejus adverte a peccatis processisse intulerunt.

19. Quis unquam miserias, quibus involutus est Cain ob fratricidium recensere possit? Primo omnibus bonis fortunae exortus fuit: Cum operatus fuerit terram, non dabit tibi fructus suos.

Secundo eris vagus, & profugus super terram. Procopius. Eris mobilis & instabilis Galatius. Eris vagus & inquietus. Georgius Venetus, eris nutans. Sanctus Macharius, Augustinus & tremore tenebris, aqua tremore agitaberis super terram. Septuaginta Eris gemens & tremens super terram. Chaldaei, Eris instabilis, & transmigrans in terra.

Nunc has omnes versiones iungite, & quot adverte fratres infelicis Caino ob peccatum evenerint videbitis. Hinc dixit Divus Ambrosius: Omni improbo mala adiunt, & assuetura sunt: quae adiunt, irascentiam operantur, quae futura sunt, frigidum, sed improbum plus praesentia, quam futura solent. Et sanctus Pontifex Gregorius: Mors prope est, sed semper in laboribus; quia aut moritur, quae vivit, aut moritur, quae sibi ab aliis inferuntur: ut ergo tranquillum ac securum deus, hinc praedictum terroris sentit semper in auribus est.

20. Cui datum fuisse videre vides illis Pentapoli, illas judicasset hortos deliciosos. In vena tetra pomposa pallium floribus ornatum ostendebat: campi virentes nudis agricolis; abundantiam fructuum vini, & frugum, grasso nonquam messem auream in campis conglutavit, venti Aquilonares nonquam comparete fuerant, si, ut laederent plantas, fructus ex eis exercebant, germinibus novellis, & tamis procedentibus nonquam obfuit gelu: sufficit dicere, quod seipsum illam terram ob amantem, & copiam non vocet paradysum Dei: Sicut paradysus Damasci. Sed qui postea eas vidisset, nihil eandem metamorphosin conspexit. Intuitus fuisse cernitur solo aequatas, adificia destructa, terram inhabitabilem, agros redditos steriles, campos in cinerem redactos, acervos petrarum fumo obducos. Lapides, qui supererant à voracibus flammis motati sunt in carbones. Hic apparente vapore, sic videbantur exhalari vapores sulphurei, & vitribus illius terrae ambuatae fumus nigerrimus affurgere cernitur. O quot malorum ipsorum peccata fuisse causa. Qui tunc est peccator? per sua scelera non solum se ipso, sed & saltem regionem, facili perdidit, erat nempe magnarum leuciarum, in qua habitatores gaudere possent, & fructibus bonis saculi, & Deo concessis, illi autem infelices eam exiterunt, & bona naturalia, quae Deus omnibus hominibus utenda concesserat, illi agentibus videtur. Ad hunc statum filius Dei civitatem Hierosalem redigendam praevidit, & praedixit: Ite, sacerdotio, sacrificis, templo solitudo erit. & Hebraei omnibus bonis temporalibus & spiritualibus excederant, eo quod non egredierentur tempus visitationis. Hinc sequitur, viderunt dicitur, vel ut explanat Dionysius Cathulianus contra Iulianum: Imo: nam quicquid peccator facit, in ejus damnationem redudat. Hinc dixit Salvianus: Ipse sibi parat peccator, qui quae quid patitur, non calamitatem nostrarum auctores sumus, nos ergo adverte in vana opinio facinus, nos iniqua, nos Deo nolente cruciamur.

21. Casus exercituum Saulis à Philistinis plebs desperatus non neminem, qui sibi mortem referret, quae sicut, sed cum nullum sepe terret in montibus Gelboe, se ipsum furore necavit. Quidam Amalecitas David

Job. 6. 6.

Ambros.

Gen. 4. 4.

Proco. Ga.

lat Georg.

ven. D.

Machar.

Septuag.

Chaldaei.

sa.

D. Ambros.

David frustra se nuuatatum sperans, & munus  
 repositurum, Davidem coronam, & clypeum in  
 vicinis tellinonum portans accessit, & dixit:  
*Sans super eum occidi illum: mors Saul Davidi*  
 maximum dolorem intulit, vestes laceravit, plan-  
 dit, & ieiunavit David, adolescentem interrogat,  
 unde et tu? respondit *Fillius hominis ad vena Amale-*  
*icia ego sum.* Intelligens eum Amalecitas, set-  
 rum vocavit, & ut in sua presentia eum truci-  
 daret praecepit: *Acedens iras in eum, qui per-*  
*cutit illum, & mortuus est.* De hoc bene dici po-  
 test, quod malum insat medicum hic miser qua-  
 sit, & quod mortem secum gestavit, & quod  
 multoties egit contra eum redundavit. Erat, (in-  
 quit Theodoretus) Amalecitas, in quem univervo-  
 rum iam tulerat sententiam mortis.

21. David de peccatore loquens dixit. Incidit  
 in fraxum, quam fecit. Idcirco Bellarminus, ape-  
 rit lacum, seu cisternam, ut justus nesciens ibi esse  
 fraxinam eam caderet, sed ipse prior in eam incidit,  
 quam eam fideret.

Sic Aman patibulum exsternit Madochæo,  
 in quo tamen ipse fuit suspensus. Perillus excel-  
 lens fulor metallorum gratiam Phaleridis Ty-  
 ranni venari sperans, tantum æneum, quo Rex  
 excuciare posset eos invenit. Sed Phalerides vo-  
 luit, ut Perillus primo experimentum sumeret.  
 Hæc volens alludere Poeta cecinit:

*Non est lex æquior ulla,  
 Quam necis artificem fraude perire sua,  
 Et genere in sauro sape Perillo suo.*

Ovid.

Non secus, ac ille, qui ex arcu sagittas in fo-  
 lem emisit, sed supra eum relapse sunt. Goliath  
 gladium gestavit, sed David eo usus est in ipsius  
 necem; Hinc scripsit Bassilius Seleucus, *Cum*  
*Goliath arma fabricaret, id se in usus Davidis fa-*  
*cere, & proprii jugulatoris bajulum, & in ad-*  
*versarii habitu se Davidi venire subsidio igno-*  
*rabat.*

D. Bassil. Seleus.

Præterea Icarus dedit vinum rusticis, sed vino  
 se putantes gravatos Icarum occiderunt: *Ferunt*  
*Icarum à Baccho utrem vini accepisse, ut ejus u-*  
*sum mortalibus communicaret. Quare cum rusti-*  
*cos quosdam ad bibendum invitasset, illi potus ju-*  
*vitare capti, æquò largius hausserunt; qua ex-*  
*te, cum crapula incommodam sentirent, malum*  
*sibi medicamentum datum rati Icarum interfecer-*  
*runt.*

Amb. Ca-  
leop verbo  
virge.

Erit dies, cum peccator videbit omnia ejus  
 opera mala contra se infurectura: *Vement dies*  
*contra te.* Dies tui, omniaque scelera tua tibi  
 anteponentur, animam tuam cingent, ut te in-  
 vadant. *Et conangustabunt te undique. Eo quod*  
*non cognoveris tempus visitationis tuae.*

# DOMINICA DECIMA POST PENTECOSTEN.

*Omni qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur, Luc. cap. 8.*

## ARGUMENTUM.

*Ostenditur quam suspenda sint portenta sanctæ humilitatis, dum humiles exaltat.*

Effectus naturæ & artis sunt adeo miri,  
 ut iudicium humanum eos reputet in-  
 creditibiles. Quis unquam sibi persua-  
 dere possit arenam Nili, quæ semper  
 levatur in eodem pondere, decima septima Ju-  
 ni reddi ponderosior? ut affirmant scripto-  
 res. In monte Hæcio ignis reperitur, qui stupa  
 calcigatur; & alius in monte Chinnia est, qui

restinguitur focno. In insula Gimbubona arbor  
 nascitur, cujus folia in terram lapsa à se ipsis ven-  
 to non agitata moventur, ac si vitam haberent, &  
 si quis ea velit accipere, velocius fugiunt. In Ma-  
 laco quædam viret planta, cujus radices, quæ sunt  
 vestes orientem virtuosissimæ sunt contra venci-  
 num, illæ vero, quæ sunt vestes occidentem sunt  
 peiores acouito, & circa herba Achimenei in-  
 jecta

*Plin. apud* jecti gladiis hostium, his timorem, & tremorem  
*Babbi. de* incuti, eosque dat in fugam. Sic pethibentibus  
*Vin. de* Democrito, & Theophrasto. Ethioptis seram  
*fr. anae* quantumvis fortem aperit. Alia quæ nomen ab  
*fol. 102.* effectu habet, ab equis calcata, ac si se viadicare  
*Democr.* veller, clavos & soleas ferreas in detrahit. In Ata-  
*Theof.* misia in quodam templo Nymphis dedicato  
*Panl. Aris* lens scaturit, cujus aquæ sunt frigidissima, & ta-  
*6 inpr.* men lignum vel alud combustibile in injectum  
*170. n. 6.* comburnit. Leo decimus annulo infertam gem-  
*Antiquis* mam habuit, quæ luna crescente crescebat, de-  
*Caris. 6.* crescente decrecebat. Quis majora portenta na-  
*163. f. 10.* turæ audivit.

2. Nec opera humana arte inventa minus stu-  
 penda sunt. Albertus Magnus formavit caput  
 ligneum, quod instar viri verba proferebat. Prisci  
 confecerunt Lucernam, quæ mille septingentis  
 annis continuo arsit. Archimedes speculum in-  
 venit, quod luis radiis in exercitu Romano pro-  
 cul distito flammam accendebat. Et cælos, quos  
 Deus fabricavit, esto natura non sint incorrupti-  
 biles, tamea in monte hominum perpetuantur.  
 O prodigia artis humanam capaciatem exced-  
 dentia.

Sed quid sunt stupores prædicti, si comparen-  
 tur cum miraculis gratiæ in anima ab humilitate  
 causatis? partes hujus virtutis omnes alios præ-  
 cellit. De eo dixit Gregorius: *Est origo virtutum.*  
 Sanctus Ambrosius,  *nihil excellentius humilitate.*  
 Divus Bernardus,  *virtutum stabile fundamentum.*  
 Eusebius Emillenus,  *custos omnium virtutum.*  
 S. Joannes Chrysostomus,  *bona omnia ex humilitate procedunt:* & alibi subdit,  *nihil humilitate potestius, petra est fortior, adamantio solidior.*  
 Emauel Imperator,  *humilitas divinum quiddam, virtutum terminus, requies, & portus salutis.*

Et sanctus pater Augustinus  *o vere beata humilitas, quæ Deus hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, cælos innovavit, mundum purificavit, paradysum aperuit, hominem ab inferis libera- vit.*

Sed ne abeamus à textu repetendo verba Christi, qui  *se humilitas exaltabitur.* Ostendam, quàm sit stupenda portenta hujus virtutis, dum humiles exaltat, uti hodie contigit publicano in Evangelio, de quo scripsit Eusebius Gallicanus:  *Et humilitate exaltatus est.* Interim dum ego discuro ad infimum humilitatis descendendo, vos ad summam attentionis ascende, & incipio.

*Eu. ab.*  
*Gal. in*  
*Lyc. cap.*  
*18. f. 74.*

*Qui se humilitas exaltabitur.*

**H**anc parabolam à Salvatore propositam, à Davide diu ante prædictam, dum dicitur:  *Hunc humilitas hunc exaltat, credo.* Pharisæus hunc humilitatis, publicanus exaltatus. Hinc Renigerius Antiochensis?  *Hunc videlicet Judæum populum se exaltantem, & de se præsumptum, hominum, & gentium populum se humiliantem.* Quis exaltat quod notatum est per Publicanum & Phariseum, quia publicanus se humiliavit, & exaltatus est? Pharisæus se exultavit, & humiliatus est, quia deus est?  *Hunc humiliat, & hunc exaltat.*

Sed depreffionem superborum linguaquam, & exaltationem humilium, primo ex cellantibus prælo, dein ex novo probemus.

4. Deus trinus, & unus Abrahamo Valle Mambie sole calidissimo circa meridiem quicquid comparuit; Sanctus Patarchi futurum, & maxima comitate, ut domum suam ingrederetur, rogavit:  *Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transieris servum tuum, Deus in invitacionem accepit, & affectum Abrahami admittit, qui credens res personæ divinas fuisse res peregrinos, convivium ex quibus feculis illustrat. Meas se assident, gustant cibos, & prandio finito e hiliam ex Sara uxore in decrepita coeetate Deus promittit, Habebis filium Sara uxoris tuae.* Et præterea, quod eum factorus sit patrem multarum generationum, & quod propter eum emænationes sint benedictæ, pollicetur:  *Dicoq, Domine, num celare potero Abraham, quæ esuriam sum cum futurus sit in gente magna, ac robustissima, & benedictus sint in illo omnes nationes terræ.*

Hic sicut præcipit, causamque cui Deus Abrahamum tot favoribus, & eminentis dignum judicavit, indagat. Et ab eo dicitur alius humilitatis elicitos observat, primò:  *Dum adoravit in terra,* secundo, dum dixit:  *Ponam buccellam panis tui in ore meo, quod tui virtutem reverentiam, & cultu quoque butyrum, & lac, & possit coram me quomodo ait, buccellam panis tui relinquet tibi homo.* Angelicus:  *buccellam dicit ex humilitate, & abrahamicus: Per hoc significabat omnes cibos, quos abrahamus erat, sed sequitur humiliter, non satietate, sed sicut solum nomen, ut buccellam panis humilitatis, & alio alio, quasi moxica sit.*  
 Quia ergo Abraham, se factus, & rebus humilem præbuit, adeo exaltat, & honorat à Deo meruit.  *Hunc exaltat.* Quis facit, verba sunt.  *Procepit*

... quod dicitur: quia si plurimum amaret Abrahamam, quod dicitur in terram procedisset. sed eo operacione de eorum seculo conciliasset, tam tunc in...  
 ... ostensionem exhiberet, ut humilem Ba-  
 ... amississimum, & diuissimum creare voluerit, ob-  
 ... erandum est: Omnia terram, quam conspicias,  
 ... abobediens cedentes tuos, nunquam fames tor-  
 ... quenda, tellus copiosissime tributam frugum iis  
 ... pcedet, & bona fortunae uberem iis affluens, aul-  
 ... is ad eorum obedientiam etiam plus erit, profapia  
 ... tuam pulvere teret: extabit: Faciamque semen  
 ... tuum sicut pulverem terrae. Unde sit, ut Abraham  
 ... sa exaltatus: nonnulla iis inter ipsum, & Loth  
 ... agerit eius, qui tamen multo inferior erat, verfa-  
 ... hant. nihilominus Abraham se Loth nitibus  
 ... libentiss: Etenim vestra terra erant te est, recede à  
 ... me dicitur: sed sinistra ieris, ego dextram venabo,  
 ... & dexteram elegeris ergo ad sinistram pergam.  
 ... leuavit Deus, maior cecidit, & cedendo minori  
 ... & libenter exaltari meretur. In Chylois. Ex-  
 ... tiam praeiudicij humilitatem, ut nihil non potius  
 ... habere, quam esse inter vos contentiones; ea prop-  
 ... tione largas à me retributiones accipis, quia om-  
 hac sollicitatione, ille ut vidit debitum hone-  
 statis male tractari, velut Colofus in status hæ-  
 sic. Immoicus ad tot violentias mansit, oculis se  
 modeltum, aspectu se torvum, vultu gravem se  
 exhibebat, & se aures non præbere ejus votis re-  
 stabatur. Demum paucis verbis sese declaravit di-  
 cens: *Quomodo ergo possum hoc malum facere?*  
 Illa particula ergo ad illud, quod Joseph paulò  
 ante dixerat, referretur; nempe: *Eccc Dominus meus  
 omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in do-  
 mo sua, nec quicquam est quod in mea se potestate,  
 ut non tradiderit mihi, quomodo ergo possum hoc  
 malum facere: ac si diceret. Ego his pecuniis, tot  
 favoribus à meo Domino, & tuo consorte mihi  
 exhibitibus respondeam? actu ingratiudinis tot  
 beneficia præstita rependam? ille me non ser-  
 vum, sed ut Dominum tam mobilium, quam  
 immobilium totius domus tractat; tuis votis an-  
 nuere nil est, quam leges gratitudinis destrucere,  
 nonquam fieri, ut hæc maculam incurram. Quo-  
 modo ergo possum hoc malum facere? Adverte ad  
 voculam illam, ergo. Postquam enim retulit præla-  
 ra beneficia in se collata, sapienter concludit. Quo-  
 modo ergo possum ingratus esse, et petulantem delin-  
 quere adversus munificum benefactorem. Hac tan-  
 tum renuit adulterium, sed adulterii possibilitatem  
 fere negat ne constupret virginem gratam. Et Lip-  
 pomannus Josephum sic loquentem introducit:  
*Ego solus novi omnia, que Domini mei fideliter om-  
 nia commendata habeo, fidem mihi fallere non  
 conve-**

Gen. c. 39.

Didas de Cel. com. in Iudith. c. 16. v. 22. s. 38. nu. 207.

Lippom. in c. 39. Gen.

Josephus



non venit, nemo enim mihi in tota sua domo praevaluit  
praeferat unicam honore, & potestatem officii excel-  
lenti oportet praestari plurimum fidei ab eo, cui mul-  
ta fides adhibetur.

8. Pharaonis cor obstinatum, & pertinax no-  
lendo populum libertati restituere, erat, & Deus  
flumen Aegypti in sanguinem mutare decevit,  
Moysen vocat, & ait, ut, Aaroni virgam pro-  
digiosam sumat, eaque flumen verberet, abque  
dubio subito aquas in sanguinem vertendas in  
mandatis det. *Dic ad Aarom; tolle virgam tuam,*

*Exod. 7.*

*& extende manum super aquas Aegypti & super  
fluvios eorum, ut vertantur in sanguinem.* Sed  
an Moyses id non praestare poterat? imò id con-  
gruebat, quia Moyses junior erat, nec a juniori  
leges ferri majore decet; praeterea exactius jus-  
tificationem Dei executus fuisset. Torum hoc est  
verum, sed quod seingeret huic operi, non  
erat conveniens. Ille vitam illi flumini ascribit  
; praecipiente enim Pharaone dum cistellae  
immisissus esset, aquae ejus vitam salvaverunt, & ad  
ripam super arenas, ubi postea fuit repositus a fi-  
lia Pharaonis, collocarunt. Deus ergo pia vi-  
dens Moysen illibenter huic operi se accinctu-  
rum verendo sanguinem in aquas, quae neci  
eum subtraxerant, ei praecepit, ut Aaroni hoc  
imponeret. *Dic ad Aarom, tolle virgam tuam, &c.*

*Exod. 8. 2.*

*Et observatio Abulenensis. Causa est, quia Moyses  
fuerat liberatus de aquis, ut patet supra capite  
secundo, illud non erat ratio, quod peremeret  
aquis.*

*Abul. 2. 7.*

*in cap. 7.*

*Exod.*

Et observatio Abulenensis. Causa est, quia Moyses  
fuerat liberatus de aquis, ut patet supra capite  
secundo, illud non erat ratio, quod peremeret  
aquis.

19. D. Lucas non ab similem casum a casu  
moderni Evangelii commemorat. Homo qui-  
dam lepra oppressus, se Salvatori, ut sanitatem si-  
bidaret, lepraemque mundaret, commendavit.  
Ecce vir plenus lepra videns Iesum, & proci-  
dens in faciem rogavit eum dicens: Domine si vis, po-  
tes me mundare Dominus manum extendit, &  
solo contactu subito lepra pellit. Et confestim  
lepra discessit ab eo. Ut se sanatum vidit, miracu-  
lum, gratiamque receptam extollere coepit; sed  
Christus diserte ei silentium, & ne ulli mortali-  
um id propalaret indicit: *Præcepit illi, ut nomi-  
ni diceret.* Sed teste Beda leprosus nec tacere po-  
terat, vel volebat. *Tacere jubet, nec tacere posse.*

*D. Luc.*

*cap. 3.*

Et observatio Abulenensis. Causa est, quia Moyses  
fuerat liberatus de aquis, ut patet supra capite  
secundo, illud non erat ratio, quod peremeret  
aquis.

*Abul. 2. 7.*

*in cap. 7.*

*Exod.*

Et observatio Abulenensis. Causa est, quia Moyses  
fuerat liberatus de aquis, ut patet supra capite  
secundo, illud non erat ratio, quod peremeret  
aquis.

*D. Amb.*

*in cap. 5.*

*D. Luc.*

Et observatio Abulenensis. Causa est, quia Moyses  
fuerat liberatus de aquis, ut patet supra capite  
secundo, illud non erat ratio, quod peremeret  
aquis.

justio Christi cum obligabat ad silentium, quia  
eum cogit ut loquatur? gratitudo beneficii re-  
cepti. O inobedientiam! jubetur obsequio tacere,  
& linguacissimus clamat? praestari leprosum de-  
bitum esse, an gratum? Non potest gratitudo bene-  
ficium tacere beneficio accepto. Si agitur gratitudo bene-  
ficio erga suum munificum beneficium, ut si  
tacere Christus jubet, tacere non possit.

10. Dum vetus sol justitiae ad occasum mor-  
tis declinaret, duo latrones in aperto higo cruci-  
s inter tormenta pendebat. Crucifixi sunt cum  
eo duo latrones. Horum unus, qui a dextris erat, &  
noxarum suarum gravitatem, & sanitatem filii Dei  
Dei agnovit. Hinc omni submissione ad eum  
conversus veniam eratorum, & paradysum ro-  
gavit: *Memento mei Domine dum veneris in regnum tuum.* An unquam casum prodigioso-  
rem audisti? an non latronum, & assassinum,  
quos illa patria habebat, Dux erat? an non mille  
infernos promeretur? & tamen unico verbo  
paradysum, & quidquid peti obtinet: egredie-  
scire aveo, cur Christus non solum non neget  
ipsi gratiam, qua ejus ignoscitur, & eum in  
manibus inferni, & Daemoniorum eripat, sed  
absque ulla punitione nozarum eum paradysum  
donet. Forasan actus contumacis fuit ita pro-  
fectus, ut enormitatem defectum arguere possit?  
Hic vos attentos ad id, quod Ludolphus Cat-  
thufianus recenseret, volo.

21. Hic refert, quod dum Josephus cum Vir-  
gine & puero Jesu declinans persecutionem ty-  
raani Herodis juxta monitum Angeli in Aegy-  
ptum fugerit, *Surgit & ne ipse perierit, & matrem  
ejus, & fratres in Aegyptum,* per nemus ita agendo  
eum in quoddam latrones (inter quos, & hic  
erat) qui e latebris illac transeuntes observabant,  
arque male tractabant, incidisse: hi Josephum,  
& Mariam aggressi sunt, ut e virga huppelle-  
h, quam secum asportarunt spolarent, unde la-  
tro hic ad aspectum gratiosum Dei generatus,  
& sancti Josephi pietate commotus, a foetalibus  
ut libere eos demitterent impetravit, si quae  
e manibus latronum liberavit. *Beatus Virg.* *Latrones  
cum filio & sponsa fugientes in Aegyptum, & cum  
in latrones incidentes, bonus hic latro ab eorum ma-  
nibus liberavit. sanitate mentis, & divinitate  
suis admiratus. Multos post annos hic latro in  
justitiae ministris incidit, & captus etiam in  
iudice adjudicatus est. Beatissima ergo virgo ad  
dextram Christi consilicus, propè eum altiss,  
& vulgum ejus observans, eum agnovit, & ut  
gratiam se exhiberet, ab unigenito suo filio igno-*

fecerim peccatorum, liberationem ab inferno, & paradysum ei obtinuit. Idcirco conclusio est B. Petri Damiani, respicit bonus latro quia beata Virginitate crucem sibi, & crucem latronis postea sibi. Item pro salute latronis obsequium recompenans. Ergo iure merito muti, & surdi, acque turbae hoc miraculum spe stantes emulgentias Christi praticabant, prodigum patrum extollebant, & gratas tanto beneficio debitas exhibebant. Quamvis enim ei preceperat, tanto magis plus praticabant, & eo amplius a mirabantur dicebant. Benedicimus tibi, surdus factus audivit, & mutus loquitur.

11. Non solum verbis, sed & factis gratias postulo Deo, ita docente D. Bernardo: Facta factis compensare oportet, reddere debemus. Hoc ab Abrahamo discimus. Hic tenere sibi a Deo impotito absoluto, Surge, & perambula terram, usque in vallem Mambre in Hebron sitam pervenit, utare erit, & Deo sacrificium in gratiarum actionem litavit. Adhuc avitque ibi altare Domini. Deo non tantum gratas esse verbis, sed & factis voluit. Id notat os aeneum. Impendamus gratiarum actione, & corde.

Sed quis opera adeo digna eliciat, ut gratias a Deo peritus correspondant? nemo profecto, id quod optulimus factis id non possimus, nihilolocius id quod postulamus gratitudine verborum omittit: nos debemus. Nunc certior fieri volens, nonniam aqz diluviu cessissent, prima vice corvum emisit: Aperuit Noe fenestram arce, & dimisit corvum. Hic avolavit, nec unquam revertens est. Qui egrediebatur, & non revertebatur: hic multi seraptes corvum pestingunt, & quia non redit, ingratitude damnaat. & apud plures in proverbium abiit ingratos esse corvinos, Ingrati corvum dicuntur. Ego in iuste, & sine causa hanc maculam huic avi afficari cenleo; si enim aqz necdum cessarant, quomodo redire poterat hoc animalium referret? ad minus redire, & croccitate ad fenestram arce debebat, si enim Noe illis raris vocibus satis factum fuisset, & beneficio recepto, quoa Noe in Arca salvatus fuerat, correspondisset, audire Gregor. Thaumaturgus. Cum quis beneficia affertur, si aliter non potest, apud saltem verbo gratas rependere non cogit, aut mente capti, & sensum beneficiorum non habens, est hominis, aut immemori, cui vero & sensus, & cogitatio est beneficiorum, nisi memoriam & confertur in effectum; nisi gratiam etiam aliquo modo referat honorum auctori, inersille est, & in-

gratus, ac impius, cuius criminis reus quod nec magnus, nec parvus ignoscit.

13. Ad minus promptitudine voluntatis, & animi, si nec factis, & multo minus verbis gratie esse possimus, Deo gratas rependere debemus. Aequo dicebat D. Bernardus, beneficia votis qua facta non possunt; & sic reddemus nos capaces ad ultiores favores recipiendos. Certe Lyranus: Gratitudo de beneficio accepto reddit hominem idoneum ad aliud recipiendum. Et quo magis augentur gratiarum actiones, eo magis crescut beneficia, quae in nos derivantur. Ita nes affectur Theodorus Episcopus Anciranus, Solet uberior gratia illis venire, qui grato animo gratiam accipiunt stantium enim plerumque donorum praestatur, quantum eorum est gratitudo, qui huiusmodi donis potiuntur. Quare cum de accepto dono donatoris benignitatem, gratia recordatione agnoscat, non modo pro acceptis fecerit satis, verum ad maiorem quoque beneficiorum largitionem donatorem astringit.

14. D. P. Bernardus asserit gratos habere conditionem fluminum, quae omnia mari in fluunt, quod ea quidem admittit, sed rursus ad terram ablegat: Ad locum unde exeunt revertuntur, ut iterum fluant, si nos ad Deum flumina gratiarum mittamus, illerivis novorum beneficiorum illa nos rursus effundet. En Bernardum: Si copia aquarum secretis subterraneis recurribus incessanter agnora repetunt, & inde rursus ad usum nostrum jugi, & insatigabili erumpant obsequio, cur non etiam spirituales rivus, ut arva montium rigare non desinant, proprio fonti sine fraude, & sine intermissione adduntur: ad locum unde exeunt revertantur flumina gratiarum, ut iterum fluant, revertatur ad suum principium caeleste profuvium, quo uberius terra refundatur.

Idcirco Divus Marcus, postquam miraculum surdorum, & mutorum recessisset, statim multiplicationem panum, & piscium, dum Christus quatuor milia hominum satia vit, subnectit. Recte; nam gratiae, quas Christo Hebraei rependerunt, flumina fuerunt, quae beneficiis majoribus exuberantia in Hebraeos reflexerunt: ut iterum fluant flumina gratiarum. Sed quid dicemus de illis, qui benefactoribus monetam ingratitudinis solvunt? o defectum execrandum! in secunda parte eum pestingemus. Interim ne prolixitate & diotus sim, hic quiesco.

D. Bern. Ep. 197.  
Lyran. in c. 46. Gen.  
Theod. Avicr. Episc. Hom. 1. habitia in conc. Eph. c. 10.

Ecc. c. 1.  
D. Bern. serm. 3. in Cant.

PARS ALTERA.

15. **T**este Seneca plura sunt genera ingratorum. Multa sunt genera ingratorum; ingratus est, qui beneficium accepisse se negat, quod accepit: ingratus est, qui dissimulat, ingratus, qui non reddit, ingratus est, qui oblitus est. Uta fors ingratorum beneficia negat, altera beneficentem dissimulat, multi data occasione actibus gratitudinis non correspondent, sed omnium ingrati sunt, qui levi negotio beneficentium obliviscuntur, & beneficentis hostes fiunt. De his Scaliger his verbis scribit.

**Julius Caesar.** *Quaedam species est hominum, mala ac maligna, Cui, quod dederis beneficium, statim perit. Verum hoc nihil est, prae abominabile illud. Fient inimici taciti aut dissimulabunt. Te noscere, ne quid tibi debere noverentur.*

**Ausonius.** *Et Ausonius ingrato nullum esse truculentius monstrum ait.*

*Nil homine terra peius ingrato creat.*

**Plautus.** *Quid non dixit Plautus de hac fera crudeli, & virulenta.*

*Nam pol quidem meo animo, ingrato homine nil impensus est. Malefactorem amitti satius, quam relinqui beneficium. Nuntio praestat impendisse te, quam ingratum dicitur. Illum laudabunt boni hoc etiam ipsi culpabunt mali.*

**Petrus Crinitus.** *Petrus Crinitus praeter alios vivacissime depingit abominabiles qualitates eorum. Nullam asserit esse rem magis horrendam, eos vitandos esse velut pestem, eos semper vel quid sinistri moliri, vel agere, esse eos sentinam omnium criminum, & eos nil melius agere quam mori. En ejus verba.*

*Ingratus est vitandus ut dirum scelus, Nil cogit a se pestilentius potest, Nec esse portento sicut quicquam putat. Ingratus aut malefactor, aut male cogitat. Ingratus est seminarium scelerum omnium, Ingratus hoc unum beneficium cum perit, Nam illius ipsa factus nil creat.*

16. Scipio Africanus generositate sua ut bene Romanam ne inimicorum iugo subiretur, defendit, in o Domianam totius Africae fecit, sed videte ingratam compensationem, pro premio in exilium est relegatus. Hinc bile laeculana dixit: quia vivens fultus ingrata, nec cineres reliquam. Ingrata patria, ne esse quidem me habebis; & urtelatur Valer. Maxim. Cineses suos negavit, quam in cineres collabi passus non fuerat. Igitur hanc unam Scipionis vultus Ingratae animi urbs Roma sensit; majorem me Horatius Coriolani Violentia; Ille enim metu patriam palavit, hic verecundia.

Marcus Tullius facundia veitorum à sententia capiris Pompilium Lenarem liberavit, sed hic postea Sicitos misit, qui Tullium trucidarent. An potest audiri ingratitude major? Romae salutis ejus auctorem, jugulum praedare iussit. At Maximo proximo capite Romana eloquentia per suum, & securum citium amputavit. Eaque sanctorum tanquam optinis spolus alacer in urbem reversus est: Neque eis caelestium portanti onus succurrit, illud se caput ferre, quod pro capite ejus quondam perreverat. Gratia parant odium, & a beneficiis auferuntur proditioes.

17. Sed quid loquor de gentilibus, qui non habent nisi propriam voluntatem, & passiones animi? non scio an David Christianos, vel Hebraeos intellexerit dum dixit: Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animae meae. Loquebatur in persona Messiae. Hac verba explanans D. Augustinus dixit: Ego autem auxili facundiam, et beneficium Dei, si retribuebant sterilitatem, & ingratitude, & postea subdit: Ego vitam, ipsi mortem: ego honorem, ipsi contumeliam, ego medicinam, ipsi vulnera. Et in ha omnia, quae retribuebant utique sterilitas erat. O ingratitude, nem inauditam, & incurabilem.

18. In tota passione nulla major injuria inflata est filio Dei, quam illa alapa, dum servus ille dixit: Si respondes Pontifici: ideo hoc agere tulle. Si male locus sum, testimonium perhibe de malo. Si autem benedixit me cadit: an non potes succurre coronatione? uti postea factum Evangelista testatur: Celas hic cum ceciderunt. Insuper respondet: Quia non inia ut in se est innoxia, non erat & injustissima, non solum quod praeter meritum inflata, sed etiam quod contra omnem justitiam aquitarem, & patulo infra aliam causam subdit: Non enim conveniebat, ut tacitus hunc alapam perferret, ne videretur agnosceret se ut criminabatur.

inducitur Pontifici respondisse. Plures alie cau-  
se adduci possunt, sed illa, quam adducam prin-  
cipalis erit. Non pauci Scriptores sacri hunc  
seruam fuisse Malchum, cui Petrus antea anti-  
cipiam abscidit, putant; Christus miraculo illum  
sanavit, hinc Filius Dei ingratitude sibi sol-  
vi videtur, valde afflictus est. Hinc Cardinalis  
Marcus Vigorius; Ad sufferendum illum cola-  
pnam diuinitatem debuisse succurrete humani-  
tati allente. *Diuinitas mee humanitati sociata mihi  
glia, ut irrogatus tua verbera feram.*

19. Hinc defectus ingratitude adeo odio-  
sus est, ut ipse bestia illum abhorreat. Plinius,  
Laba, & Aresius dant, in domo cuiusdam  
rattici fuisse serpentem, qui cicuratus, adeo se fa-  
miliarum exhibuit, ut rusticus eum non repelle-  
ret, sed sepius cibaret. Contigit ut hoc animal  
pareret, partisque ejus aduitor factus filium  
rattici mori necaret, serpentem hoc ita male ha-  
bitus, ut proprio partu succensus, dentibus eum  
laceravit, & occiderit, dein domo aufugit, ac si  
embelleret se habuisset filium adeo ingratum, ut  
matris prolem intretemerit.

20. Nos merito confundi debemus, habemus  
Deum qui nos creavit, qui nos sustentat, &  
conseruat, imò proprio corpore, & sanguine  
pascit. Et tamen roties ingrati sumus, quoties  
cum mortaliter offendimus. Hinc exclamat  
meus B. Thomas. *O ingratitude filiorum Adæ, o-  
mnes fera sentiunt beneficium, & beneficium man-  
cipiant. Videt leonem feracissimum suo magi-  
stro colludentem, & ursum indomitum ludentem  
cum eo à quo pascitur; Elephantem non struissim  
obediens iesseri. Omnes bestia benefactorem a-  
grosunt, & beneficiorum gratiam reddunt.*

Et dein ad hominem conuertitur, quem feris  
peiores in hoc videt, cohibere se nequit, quin  
cum perstringat. *Tu solus homo rationalis, ut fe-  
ra trucidata, ut vipera venenata, & basiliscus  
pescem mordet. Benefactori tuo aduersaris, non  
recognosces benefacti rem tuam, blasphemias, &  
offendit. Oseruitatem supplicio ultimo dignam?*  
Hoc vitium ingratitude, quis actius verberare  
possit? & tamen verum est, fetas esse gratiores  
hominibus, & illas videntur esse magis humanæ,  
quam bestiales.

21. Et si dicentem homines magis participare  
de natura Diaboli, quam ipsos diabolos, non er-

rarem. Me hyperbolice, & exaggerative loqui  
diceret, nisi id evideret ex Scriptura probarem;  
Dæmon obsidens Saulem evideret agitabat;  
dulcem somnum capere non poterat, quies  
pectore exulabat, & velut tyrannus crudelis ejus  
viscera torquebat. *Et factus est spiritus Domini  
malus in Saul.* David ergo inter maximas ejus  
furias adueniens plectrum arripuit, & tam dulcem  
somnia formavit, ut melodia suavis procel-  
las sensum mitigaret, & tempestates animæ pa-  
ceter, affunderetque ei tantum levamen, quan-  
tum eum Dæmon tormentabat. Magnum factum.  
N. dum David suave melos Regem solari  
studebat, ille hastam apprehendit, Davidem que  
ea pete, ut eot tranfigat. Quod & fuisset factum,  
nisi David idem prævisum declinasset.  
*Perd David psallebat manus juas, nisi que est Saul  
configere David lancea in pariete.* Hic quæruat  
interpretes, an Saul Davidem confodere voluerit  
à Dæmone agitatus, vel postquam Dæmon  
ab eo recesserat.

S. Basilii Seleucienensis respondet, hæc facta post  
Dæmonis discessum. Credo ego Dæmonem  
noluisse ingrato cooperari, & ad ejus necem, qui  
suo vitam Saulo dabat, concurrere, *Malus Dæ-  
mon naturè ante verum exitum à corpore Saulis, ne  
ingratissimo Sauli cooperari palam videretur. In-  
decorum sibi reputat, vitio ingratitude notari,  
qui omnibus vitiorum notis deturpatus est, inter-  
mittit esse malignus, ne videatur ingratus? eligit  
haberi negligentia, quam ingratitude reus? sic  
sagittæ non ut famam apud homines, non amore  
virtutis, sed ut hominibus plus noceret.*

Nunc liceat mihi argumentum à fortiori de-  
sumere, si Dæmon erudescit esse complex ingra-  
ti Saul, quanto magis homo confundi debet,  
dum ingratus est Deo? finio cum Chryso-  
stomo: *Optima beneficiorum custos  
est memoria, & perpetua con-  
fessio gratiarum: Ita  
in pace*



Didac. de  
Celada in  
Iud. cap. 3.  
v. 2. s. 21.  
num. 38.

D. Ioan.  
Chryso.  
hom. 25.  
in D. Mar.

Handwritten notes in the right margin, including the word 'licab' and other illegible characters.

# DOMINICA DUODECIMA POST PENTECOSTEN.

*Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho, & incidit in latrones, Et Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus eum, & videns eum misericordia motus, D. Luc. cap. 10.*

## ARGUMENTUM.

*Offenditur quam sine Angeli custodes diligentes vigilantes in nostra custodia, & quam compassione ducantur, ut nobis succurrant in nostris adversariis.*

**M**iseria non compatantur pretio. Tota hæc vita mortalis infortunis plena est. Ubi te putas securum, ibi insidias reperis, & pericula, qua homini imminet, innumera sunt. Experientia id ostendit, & Scriptores hoc manifestant.

*fratribus. Quo terrarum loco securitas reperitur? Hic, inquit os aureum, morbi, hic insidia. D. Bon. tiones prematura mortes, calumnia, invidia, perturbaciones, innumerabiles insidia, quidam scilicet, invidiositates, perpetua, sicutque succedentia mala sunt, innumeros ex omni parte dolores afferentia. Quocumque vos vertatis, cum Rege Saul doletis, & suspirando dicere debetis, Angustia mihi sunt undique. Sententia namque Thogonis interregibus est: Cunctis rebus inest periculum.*

*Ed. Fr. Quint. in deli. ital. p. 1. fol. 501.*

*Quantus vita malis nostra revolvitur. Hinc bella horridis ducta tumultibus. Vastam quod cumulat perpetuus labor. Hinc insidia, rixa, furor, dolus, Humanum exagitant, ac lacerant genus.*

*a. Cor. 7.*

*Idcirco Apostolum dixisse credo; foris pugna. intus timores. Quotidie namque persecutiones inter adversarios, prodiciones inter amicos orti videmus: Idcirco Thracas hominis ortum desebant, nec ei mortem invidebant.*

*F. Belli. Card. in de litis. p. 1. col. 401.*

*Infantem Thracas lugent, ut matris ab abeo Prodit: hos animos quo quis honore colat? Ast homines in morte beati, laudantque sepultos. Traxit imperium, quo; fera parem suum.*

*a. Cor. 12.*

*Et ubi divus Paulus iter agebat, sive in terra, sive in mari, sive in solitudine, sive urbibus, an non miseris, ac infortunis objicatur? Periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex generibus, periculis ex gētibus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis*

*1. Sed divina providentia Angelos ordinavit, qui nos custodiunt, & ab omnibus periculis, in qua prolabi sive ex nostra fragilitate, sive ex diabolica suggestionem possunt preferant. Id ego servatorem voluisse exprime sub homine Evangelico, & pio Samaritano credo, ille Hierosolymam ad urbem Jericho se conferens, a latronibus invaditur, spoliatur, & vulnere lethali faucibus, exanguis, & moribundus in terra relinquitur, Incidit in latrones, & spoliatur eum, & plagas impostis abierunt semivivus relicto. O miserum viatorem! an infortunium periculosius ei accedere poterat? sed ejus bono. Samaritanus quidam, hoc est, Angelus custos (quia juxta divum Ambrosium: Samaritanus nomine, & vocabulo custodes significatur, & divum Augustinum: Samaritanus custus interpretatur, venit secus eum, & videns eum misericordia motus est & omnem diligentiam pollicem adhibuit, ut ei succurreret: Et cui non agnoscit.*

... O benignum Samaritanum? o custodem a-

... vel natura; num cuilibet homini sit Angelus cus-

PARS PRIMA.

... curam illius egit.

... Metaphysicis, vel discursibus Theologicis...

... Nec etiam dignitatum, eminentiarum, excel-

... Præterea hic fecerit nolo, cur Deus Ange-

B. Thom. conc. 1. de S. Mich. Archang. sol. 406. col. 1. Idem in infer.

Card. Bel- larm in Psal. 90. num. 11. fol. 176. col. 1.

4. S. P. Chrysoctomus ponderat verba illa Jobi: Venerunt filii Dei, ut assisterent coram Do-

... liab

S. Matthe cap. 19. D. Ioh. Chrysof. in | Catech. lere.

Itus: Angelorum semper videntur facie parvis mei. Ue omni celeritate, ad nostras necessitates prope- rat, iisque succurrere possit, Vt intelligamus rebis nostris semper vigilantem consu- lere.

Gen. 28.

D. Zenon. ferm. de S. Iose.

D. Bruno. in alle. Tilm.

Galph. in alle. Tilm.

Hiero. ab Olanf.

D. Ioh. Chrysof. hom. 3. in Epist. ad Hebr.

Cajetan.

D. Bern. ser. 19. in Cant.

D. Bern. ibid.

lum vero eorum stantem aut salentem, sed semper vigilantem in opere salutis nostra. 6. Ad specialia descendamus, nec opus mite- ricordie miserum visitando in carcerum, di- vum nempe Petrum exerceat dignemini: Eum dormisse facit Scriptor recenlet; Erat Petrus dormiens inter duos milites: vinculis catenis duabus: Alia dormiens? Petrus dormit? ante tempus est somno indulgendi, dum omni momento licet expectat, & qui carcerem referet, & Petrum in medio tollat sanctus Senex, ac si in lecto, vel pro- pria domo quiesceret, sine cura quiescit. An dormit, quia somnus est forsitan imago mortis il- lius, qua paulo post caecandus erat? sane N. magnum mihi hoc videtur, quod aliquis inter ipsas excubias catenis vinculis, & tyranni- testati consignatus absque anxietate cubet; in histoiis Philippum Macedonum Regem, dum cum exercitu in campo degeret, quadam nocte cum dimicandum esset, illi in utranque a- trem in tentorio dormisse legitur, & cum ho- stis tubarum fragore equos animaret, & tyran- norum boarum animi excitarentur, Philippus li- brito expegetactus, & de hostium adventu ad- monitus fuit. Philippus morabatur, & iungens ad se excitantes dixit: parcat vobis Deus, ego quieta mente, & animo dormiebam, quia Anti- pater pro me vigilabat, Tute dormiebam, nam pro me vigilabat Antipater. Idem ergo à Dito Petro responsum credo, ne miremini, quod ego sine timore dormiam; Tute dormiebam. Mens Antipater, hoc est, Angelus cultos mihi vigilat. Nam pro me vigilabat Angelus. Dicit id S. Tat. D. 2. Nam pro me mittendum Petrus expectat. Nec eius spes vana fuit. Nunc scio vero quia misit Dominus Angelum suum, & liberavit me de manu He- rodis.

7. Angelus ergo diligens in capiendis divinis Petrum e carcere, & liberando à periculo mor- tis fuit: Curam illius egit. Sacre textus in evo- gressu e carcere, Angelum eius comitem fuisse ulque ad certam quandam plateam narrat, Pra- cessit vicum unum; dein ei valedicens monuit, ut eo loco se reciperet, ille ad domum petronice sibi nota perrexit. Venit ad domum Mariae mar- tis Iohannis, qui cognominatus est Marcus, ad illam venit, pullat, & quædam ancilla Rhodis feo- stræ se acclinat, quæ Petri voce agnita, domet- sticis Petrum ad januam esse, & somniti velle nuntiat, Et ut cognovit vocem Petri, præ genibus non aperuit januam, sed introcurrem nuntiarum.



Verum cum omnes  
 scirent, cum iussu Herodis in vincula actum fuisset, hanc praebere soluerunt. In d. ancillam qua-  
 lierunt vacuum perlinxerunt: Inanis, illa ni-  
 hilominus rem sic se habere, nec se minimum er-  
 rante, sed Petrum adesse replicavit: *Ista autem  
 affirmabat sic se habere*. Nunc N. audite qua-  
 lem conclusionem domestici inter se formant.  
 Angelus ejus, inquit, est. Revera debet esse  
 Angelus ejus cuius, ego ex quibus praemissis  
 hanc conclusionem inferat scite vellem, audi-  
 te antecedens: *Petr. servabatur in carcere, vinculis ca-  
 tennis duabus*. Ita Petrus est in carceris, vinculis,  
 & in periculo amittendae vitae: ergo Angelus e-  
 jus alii, consequentia haec est infallibilis, nec ne-  
 gari potest. Angelum estimant ad domum  
 illum accedendo aliquam indultiam adhibuisse,  
 ut in carcerato aliquod subsidium obtine-  
 ret, ut parceret, vel ut aliquod medium inveni-  
 ret, quo cum apud Herodem morti surperet.  
 Mox conceptum faver Patet Fernandez. *Vnde  
 vixit illi in mentem tunc Angelus ejus a tempo-  
 re illud convehebant, est Petrus in carcere, perili-  
 tatem, mortem expetit.* En antecedens. Nunc  
 vixit conloquitur an. Ergo Petri Angelus, ut peri-  
 citati opem ferat, vinculum liberet, & a mortis  
 faucibus eripiat, vigilat Angelus & circumcur-  
 rat. O diuitem Angelum? Curam illius  
 ego.

4. Et ut citius nobis succurrere possint, sem-  
 per adiuvat. Salvator id testatur, dum loquens de  
 Samaritano, ait: *veni secum*: & Chronolo-  
 gus Moyses hoc in Genesi comprobat. Dum  
 hinc illuc Patriarcha Abraham ante domum aeternam  
 caput suum sedet, ites Angeli in specie viatorum  
 illi sese obsecerant, *Apparuerunt ei tres viri stan-  
 tes prope eum*: si apparuerunt erant viatores,  
 quare non dicit, quod a longe venerint, sed e-  
 rant *prope eum*? Fuerunt Angeli, quomo-  
 do poterant longe distare ab Abrahamo? *Prope  
 prope eum*. Angelus semper homini adest, *Venit  
 prope eum*, ut in qualicumque necessitate ipsi as-  
 sistere possit: *si tres viri Angeli fuerunt, vestigi-  
 um non dicuntur a longe vixi, sed prope Abraham  
 apparuerunt, ut cognosceremus Angelos se pra-  
 sentes aliam loco exhibere cum illis libuerit.*

9. Populus Israeliticus egreditur a dura servi-  
 tute Aegypti, & ne in illo deserto aberraret a via,  
 Angelus illum praecedebat, ut incolumem cum  
 ad locum tutum duceret. Sed facit textus  
 nonnulla verba profert, quae difficultatem, &  
 obscuritatem ingerunt. *Tolens se, inquit, Angelus  
 Pauli Dominicali.*

Dei, qui praecedebat castra Israel, abis post eos.  
 Cur locum mutet scite vellem, an forsitan vias il-  
 larum regionum ignorabat? an forsitan praecun-  
 do aliquod infortunium timebat? & tamen *ab-  
 iit post eos*, & ut legit Arias Montanus: *Abiit a  
 tergo eorum*. Sed nunquam vidi, vel audiri via-  
 ducem alios sequi. Causam huius ex illo, quod  
 paulo infra Chronist. Moyses subiungit, adduci  
 credo: *Persequente ique Aegyptii ingressi sunt post  
 eos*. A tergo eos inlequebantur copiae Pharaonis,  
 ut eisdem occiderent, & in frustra dilan-  
 tant. *Dixit inimicus: persequar, & comprehen-  
 dam, diridam spolia, implebitur anima mea, evan-  
 ginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.*  
 Angelus ergo, ut repelleret Pharaonem, &  
 populum Israeliticum defenderet, a tergo venie-  
 bat, ut ipsi quasi securum ellet. *Ambulari post  
 eos* inquit Olearter, *ut metum Israelitis aufer-  
 ret prohibendo accessum Pharaonis ad populum.*  
 Hinc deducit sanctus Basilus Angelos circa nos  
 semper vigilare, ut in omnibus necessitatibus  
 nos protegant. *Sic, & Angelus te praemunit a  
 fronte, a tergo te custodit, & nihil inest tibi  
 velinquit.*

10. Daemon Salvatori suadens ut e vertice  
 templi se praecipitem daret, dicebat: *Mate te  
 deorsum*. & Irtian subdit: *Scriptum est enim,  
 quia Angelus tuis mandavit de se, ne forte offendas  
 ad lapidem pedem tuum.* Hic observat Glossa  
 Daemon non fuisse prolata haec verba, sed a Da-  
 vid. *Glossa apud  
 D. Thom.  
 amandandos Angelos, qui ejus curam gerant, ne  
 in illa praecipitatione laedatur, vel moriatur, Scio  
 Christum non indigere Angelo custode, ideo  
 dicit: Ne forte offendas, &c. Ac si diceret: tam  
 prompti erant, ut te adiuvent, ut nullam sit pe-  
 riculum, ne vel in minima parte aliquid patiaris.  
 Sic quidam modernus: *Id est, ne malum aliquid,  
 vel minimum patiaris. Itaque non modo ex  
 sunt a nobis Angeli ingentia mala, verum etiam  
 ea, quae minima sunt. Et quae vel tantillum ledere  
 possunt homines, ne scilicet pes, minima videlicet, &  
 extrema pars hominum lapide conteratur in via, col. 1.  
 ne vel minimum male suram patiaris.**

11. Si vera sint, quae hucusque dixi, occasio-  
 nem sumo patetorem formandi, sed volo ut fa-  
 ne intelligatur, cum loquar exaggerative, nec  
 intendo praedjudicare pietati nostri Redempto-  
 ris, sed excessus eius divinae providentiae cele-  
 brando custodiam Anglicam extollere volo. Si  
 mihi daretur optio, vel stare sub custodia Chri-  
 sti, aut Angeli, resolverem quasi, potius eligere  
 hanc

Exod. c. 14.  
 Ar. Mont.  
 Olear. 8.  
 D. Basch.  
 in Epist.  
 D. Matth.  
 c. 4.  
 Ioan. Pin.  
 com in  
 Eccl. c. 23.  
 Etb 706.  
 n. 1. f. 39.  
 col. 1.

Handwritten notes in the right margin, including the word "liarab" and other illegible characters.



hanc, quam illam. Intra Christus hortum oli-  
varum & a Discipulis abiit Patrem aeternum ro-  
gaturus, & sacri Evangelistae hic cum tanto  
maerore oppressum dicunt, ut cor maerore eru-  
berans, illum per viscera diffunderet. *Capti re-  
dere, pavere, & maestus esse; tristis est anima mea  
usque ad mortem. Unde procellerit hic timor,  
vel maeror scire vellem. Non a morte, nam obla-  
tus est quia ipse voluit, & si haec fuisset causa di-  
xisset propter mortem, & non usque ad mortem.*  
Certum ergo est, hoc non provenisse ab ap-  
prehensione mortis. S. Hilarius dicit, Non de eo  
orta est, sed de his, quos assumpserat maestitudo.  
Non de te, sed propter Apollolos angebaris,  
ne se mortuo Dæmon aliqua tentatione inno-  
ceret. Hinc post primam orationem eos adit,  
& dormientes excitat: *Vigilate, & orate ne in-  
veniamis tentationem*: Orat secundâ vice rever-  
tenque ad Apostolos, eos excitat: *Vigilate, &  
orate, &c.* Ter orationem reperit, & Angelus ei  
adest, qui eum confortat: *Apparuit autem illi  
Angelus, de caelo confortans eum.* Sed quale do-  
dit ipsi confortativum? scio respondere doctis-  
simum Cartesianum: *Confortavit eum, hoc  
Cart. ibid. est, verba consolatoria, & confortatoria laude plo-  
na loquebatur ad Christum dicendo: O Domine,  
tu modo liberatus es totum mundum: hanc ho-  
ram, tuamque saluberrimam passionem propheta  
prænuuntiarunt. & Sancti expectant in limbo.*  
Et meus B. Simon a Cassia subiungit, *Verba  
fortassis erant de amore paterno, de firma victoria,  
de resurrectione festina, de gloria post sepulchrum,  
de consensione suprema, de subjectione caelestium,  
& reversurum, & infernorum, & his similia.*  
Sed quis nescit N. remedium infirmitati,  
confortativum maerori correspondere? si Chri-  
stus angebatur ob Apostolos, ne Dæmon illis  
noceret, confortativum huic angori quadrare de-  
buit, credo ergo Angelum Christo solando di-  
xisse, o magne Filii Dei, scio te non æstum esse, &  
anxium ob Discipulos, ne a Diabolo debellen-  
tur. Sed lætus, ac promptus vade ad mor-  
tem, ego illos defendam, meum erit illos cura-  
re, sic disparuit angelus, & Christus consolatus  
redit ad Apostolos, eosque excitatos invenit.  
Audite nunc quid illi dicat: *Dormite jam, &  
quiescite.* Quomodo? antea bis illi præcepit ut  
vigilarent, nunc mandatur dormiant? Ita, antea  
timebat, quia erant sub sua custodia, sed post-  
quam Angelus suam custodiam obtulit, securus  
dormire possunt. *Dormite jam, & quiescite.* Do-  
ctissimus Interpretes Christum ad propositum

nostum sic loquentem inducit: *Non, & sic  
custos vestri eram, impensam tamen angelos de  
stra salute, & sollicite praecebat in carnis du-  
morum: at cum videret vos sub Angelis custodiis,  
securus reputo. Quid? securus ne iam Angelus  
sub Angelis custodiis, quam sub Christi Daparis-  
mo? O exaggerationem! Quid plus potest dici de  
vigilantiâ, & promptitudine Angelorum co-  
stodum; Curam illius egit.*  
12. Nunc dicendum est de compassione,  
quam habent, dum nos vident in adversitate  
lapsos: *Et videns eum misericordiam meam esse,  
& vellent omne subsidium terre Divina ius-  
titia omnes creaturas viventes delere decrevit,  
Noemo præcipit, ut arcam fabricet, in eamque  
omnes species animalium introducat, Noe  
cunctissime quidquid Deus mandavit exequens  
est, cum tota familia, & animalibus cunctis  
que speciei arcam intrat, & postea inseruit Do-  
us arcam clave obstrare voluit. Et clausa  
foris ostium Dominus, vel inclusit eum Dominus  
de foris. Sed cur Deus ipsemet huic laborem  
subire voluit? an non Angelo hoc committere  
potuit? primo possem respondere cum Glossa  
Moralis: *Inclusit eum Dominus de foris, per quod  
significatur, quod nullus perfectionem virtutis impedi-  
bit, nec in ea permansit nisi gratia Dei adiuvante.*  
Vel cum Hugone Cardinali: *In hoc non no-  
bis Dominus, quod semper est mirus, & iuramentum  
suorum. Vetum D. Joannes Chrysolomus opi-  
natur, Deum Angelum commisit huic huic  
ut mortem ferret, ut clavem teneret. Nisi An-  
gelus, dum esset visus hic miseris aliquos na-  
tantes in vadis, ibi scandentes abores, hic fa-  
gientes supra montes, ibi in clamantes supplicantes  
ne submergerentur, fuisset compassione motus,  
& tot intromississet, quos arca caperet, il-  
lem ergo Angelo committere noluit. Ne, verba  
sunt Chrysol. *inclusit eum commisit ab. D. Jo-  
annem introducere.***

13. Sed ab aquis ad ignem transierat: *Deo  
Angeli, ut executores divinæ iustitiæ essent, ad  
civitates Pentapoli eos flammis haustum perre-  
xerunt, Venarunt duo Angeli Solimanem visitari.  
Cur advenierunt tam tarde, an non erant Ange-  
li: nonne ergo per brevissimum tempus spiritum  
illum iter agere potuerunt? respondet Ly-  
ranus, Abrahamum rogasse, ut Deus gratiam  
faceret; quia ergo Angeli compassione mere-  
bantur, motas nuxerunt, sperantes Abraha-  
mum voti compotem fore, & illos miseris suis  
mâs subducendos. Tantum nunc dixerunt, ut eos*

D. Hilari.  
ser. 31. de  
Matth.

D. Luc.  
c. 22.

D. Dionys.  
Cart. ibid.  
Luc. 22.  
Luc. 48. f. 261.  
B. Simon  
de Cassia.  
D. lib. 13.  
fol. 734.

dicitur, *Spargere terram propter precem Abrahæ quia*  
*angelus domini exprobrante.*  
 14. Deas ob gravitatem culparum urbi Jeroso-  
 lymæ indignatus eam flammis mergere decre-  
 vit: Sic prævidit Zacharias oculo prophetico:  
*Inquitus domus Israel, quæ domus iuda magna est*  
*domus iuda, quæ repleta est terra sanguinibus. Id-*  
*eus Deus Angelus mandavit, ut ignem urbi in-*  
*ijceret. Ingrederis in medio rotarum. Et imple*  
*manuum tuam puris ignis, et effunde super civita-*  
*tem. Patuit Angelus Deo, & data vocasset ante*  
*oculos deo ait vates ille autem ingressus fuit an-*  
*tem Stetit deus forsan, quia iuxta sanctam*  
*Patrem Angustinum, stare adjuvantis est. Com-*  
*paratur urbi, et quæ succurre voluisset ope*  
*trando, ut Deas penam cohiberet. Ideo sub iun-*  
*xit Zacharias: Et apparuit manus hominis sub*  
*puris eorum. Hæc est mensura nostras esse Ange-*  
*lura, & habere manus hominis. Cur ergo non*  
*dicit: Et apparuit manus Angelus? Angelicum bra-*  
*chium sit manus humana? per quam maxime*  
*Angelica manus exacte divinas vindictas exe-*  
*quutus, unde si coactus fuisset divina obedire vo-*  
*luntate, præ compassionem voluisset manum hu-*  
*manam ut supplicium leniret: Angelica manus*  
*puris est. Et in pavore gravis, id est ut panam ci-*  
*vitati non signum, et le vitem culpam futuram signi-*  
*favit. hominum manum ostendit*  
 15. Omittite nolo, qui eandem Scripturam  
 alia ponderatione observent. Zacharias dicit  
 illam manum, occultatam sub alis: Sub pennis  
 manus. Apud Regem otiosum habere ina-  
 nam absconditas in labore, idem est, ac incertæ,  
 & involuntariè operari. *Abcondit piger manum*  
*suam,* per hoc voluit demonstrare Angelus,  
 tantam se habuisse compassionem erga civita-  
 tem, ut nisi divina iustitia obstaret, promptissimè,  
 excepit calligatione, se quodcumque opus ag-  
 grediatum: In flagellanda hominibus Angelica  
 volentia apparet, plura manus Angelica, quæ ex-  
 ercitæ sunt. *Quid facta languidior ad puniendum*  
*ostendit, id est apparet sub pennis latens.*  
 16. Lia erat turpis, & parum gratiosa. Ideo  
 vilipendebatur, nec erat, qui illam in uxorem  
 cuperet: Tandem per stratagemam Laban Jacob  
 cessit: Sed quia erat sterilis venustatibus, Deus  
 illum prohibis fecundare voluit, post editum  
 ergo in lucem Simeonem; Deo his verbis gra-  
 tiarum: *Quoniam audivi me Dominus haberi*  
*comprobat, et licet etiam istum mihi, vocavitque*  
*uxorem eius Simeon Dionysius Cathasianus*  
*Lian hanc naturam sterilem, sed ob preces ab*

Angelo custode fusas fecundatam respondet.  
 Lia dolebat se esse turpem, sed Angelus valde ei  
 comparabatur, ut dici possit: *Videns eam mihi*  
*ricordia motus est. Ue ergo contentaretur, a Deo*  
*ornatum fecunditatis ei imperavit. Forjan*  
*inquit Charrusianus, Angelus ejus oravit pro*  
*eius fecunditate, quæli compatiens contempserit*  
*eius, ejusq; aspernatione, quæ aspernabatur in iustis,*  
*coram Deo commemoravit, ut imperaret gratiæ Dei.*  
 17. Ab Abrahamo Agar cum filio suo luna-  
 ele demissa fuit. Discederunt ergo nonnulli pa-  
 ne, & aqua provisi. Verùm aqua in deserto his  
 defecit, & sitim intolerabilem Ismaeli reddidit,  
 per plures horas necessitate urgente eam petu-  
 lit, demum faucibus arefactis gressus movet  
 non poterat, imò moribundus se brachis ma-  
 tris commisit, quæ, ne videret eum morien-  
 tem, sub umbra arboris eum reposuit, & afflicta  
 abiit. Mater itaque genuit, & doluit, & filius  
 spirabat, & moriebatur. Sed quis in fundo mi-  
 seriarum filio agonizanti inter ulas mortis, &  
 foemine afflicte suam, & filii vitam desperantis  
 solamen præberet vitale? ò Angelum compati-  
 entem miseris humanis, afflicta apparuit, eam-  
 que bono esse animo iussit: Infans non morie-  
 tur, eum leva, & accipe. Vide illum vitulum,  
 qui suavi murmure, quasi voce animata te in-  
 vitat, ut eum refocilies, & illa aqua vitali eum re-  
 cet a Eodem tempore: *Vocavit Angelus Dei A-*  
*gar dicens: Quid agis in hinc? Surges, tolle puerum,*  
*et matrem eius, & fugas in terram Mesopotamiam,*  
*et in loco qui dicitur, puerum bibere. Hæc super*  
*ve. Hæc dicitur Fernandez. Angelus forma vi-*  
*stibilis apparet, vocat mulierem nomine proprio. Et*  
*quærit quid agat, Agar (inquit) surge mulier, re-*  
*vertere ad filium, quem reliquisti moribundum,*  
*tolle ab humo recentem languidum, semimortuum*  
*leva, ut vivat, tene manum ejus. Deniq; monstra-*  
*vit Angelus puteum, at illa jam à priori perturba-*  
*tione recreata, ac timore, oculos huc illuc atollens,*  
*conspicit ea esse puteum. Et Dionysius Cathus subdit*  
*Omnia ista erant Angeli consolatoria verba. ò*  
*Angelum humanis calamitatibus compatien-*  
*tem! ò Samaritanum gratiosum: Videns eum mi-*  
*sericordia motus est.*  
 18. Hanc primam partem conceptu sancti  
 Panthaleonis Diaconi claudere volo. Deus ci-  
 men Adami hac pœna flagellavit, ut sudore vul-  
 tus sui pasceret pane suo: Adamus hanc senten-  
 tiam quo ad sublimitatem quidem intellexit,  
 sed non quo ad modum. Hinc eum quidem fa-  
 mes torquebat, sed quomodo decietum Dei cre-  
 cura.

Dionysius  
 Car ap 10.  
 Haye in  
 Gen c. 10.  
 u. 33 n. 192  
 Gen. c. 17.  
 Fernan. in  
 Gen ubi  
 sic 2. §. 12.  
 Gen. c. 3.  
 X 2

Abrah  
 17

enturus victum sibi procurare deberet, non sciv-  
 it: Sed Angelus ejus custos, ejus Samaritanus:  
 Videns illum misericordiam motus est, & illum ter-  
 ram colere, setere, & metere docuit. *Adam*  
*in paradiso ejectum fraude Daemonis, Angelus di-*  
*ap. com. 1. vexit: & eum terram legone docuit colere, semina-*  
*re, & metere, us qui ex injuria ei contigerat lapsus,*  
*post laboriosam, & Deo gratiam vivendi rationem,*  
*rursus corrigeretur: sed quia Angeli sui opportu-*  
*na promptitudine nos consolantur, ego meam*  
*importuna prolixitate vos molestare nolo.*  
 Quiescamus.

PARS ALTERA.

*Th. 8. Re-* 19. Quod homo sit inferior Angelo non est  
*sig. Alif.* dubium. *Ministi eum paulo minus ab*  
*To. 9 p. 1. Angeli.* Hec sic explicat Remigius Antiochod-  
*Bib. vet.* teni. *Quantum ad humanam naturam, quia mor-*  
*BP. f. 644* talem fecisti, quia passibilem. Quomodo ergo  
 vult divina providentia, ut creatura superior vi-  
 gilet, & parata sit ad custodiam, & servitium in-  
 ferius: Angeli ad autum Dei habeant, & sine  
 respectu propriae dignitatis, & excellentiae pa-  
 ratissime voluntatem Dei nos custodiendo exe-  
 cutantur.

Apostolus ad Corinthios scribens sic dixit:  
*1. Cor. 15* Cum tradiderit regnum Deo Patri, cum evacua-  
 verit omnem principatum, potestatem & virtutem,  
 Hunc unum est difficultioribus locis Apostoli pu-  
 tem. Eum examinemus, Lyranus cum Diony-  
 sio Carthusiano, & Doctore Angelico per hos  
 principatus. Per 70 eum, quod connotat tempus,  
*Lyran.* S. Augustinus judici diem intelligit. Vult ergo  
*Dionysius* ergo dicere D. Augustinus juxta expositionem  
*Carth. ibid.* Carthusiani. *Carth. ibid.* Cum in die iudicii cessare facies De-  
*ap. eund.* us Angeli ab officio, id est custodiendi homines:  
*2. de civ.* Sed quid eveniet cum evacuaverit, vel cum san-  
*Dei D.* cto Ambrosio si ab solverit, & exinaniverit? An-  
*Ambros.* geli erunt annihilati, ego hoc non intelligo,  
 cum pro certo sciam, quod sint incorruptibiles,  
 & aeterni ab intrinseco. *Apare post.* Multo mi-  
 nus id potest intelligi de gratia in qua fuerunt  
 confirmati, & qualem non possunt perdere.

Hinc Doct. Angelicus. In ordinibus Angelo-  
 rum duo pensantur, videlicet distinctio, seu gradus  
 perfectiorum secundum differentiam naturae, &  
 gratiae, & quantum ad hoc, ordines Angelorum  
 nunquam cessabunt, quia natura eorum non con-  
 sumetur, nec gratia auferetur.  
 Secundario potest considerari executio offi-  
 ciorum, quae imposita sunt, & haec post diem ju-

dicii cessabunt omnia bene, sed quemodo  
 tante custodia erunt vera illa verba, *evacuaverit*,  
*exinaniverit, abolverit*: quidam Turanus, qui  
 per plures annos officium advocati landabriter  
 peregit, cum esset senex a Cajo Caesare depre-  
 tus fuit, ut tamen ipsum honoraret, laetitia  
 ipsum donavit. Verum tantum dolorem eum  
 de haustu, ut domum redens conclavem intra-  
 subteraneam, ut in eo velut in sepulchro degeret,  
 imò à servis velut mortuus plangi voluit.  
 Nil aliud dicere intendit, quam quod dum sibi  
 officium fuit ablatum, se defunctum censuerit.  
 Hoc credo voluisse dicere sanctum Paulum,  
 dum custodia Angelorum in die iudicii exspirabit,  
 adeò affligentur, ut si esset mortuus, non  
 solum morerentur, sed se annihilatas dederent.  
 Hinc ille doctus Hispanus his verbis, qui tanta  
 reddo, concludit. *Si Angeli essent mortui, non*  
*erentur pro dolore, videntes tempus esse obitu-*  
*rum, quo custodire homines, usque benefacere pos-*  
*sunt.* Ex hoc concludere possumus, quod iam  
 prompti sint Angeli ad nos custodiendos, etiam  
 sint nobis digniores, & nobiliores.

20. Im? gaudeat, quia nos custodiat. Dum  
 Tobias filium suum velle amandare ad Medos,  
 ut ab Agabelo summam decem argenteorum ta-  
 lenti reciperet, voluit ut prius per orbem fieret, &  
 vias ducem, atque comitem quaereret, sibi pro  
 urbem discurrerent Angeli se obtulit. & se fideliter  
 eum ex patria ducerem, & redirentem in-  
 columem promisit, & dum senex Tobias inter-  
 rogaret, *De qua tribu aut de qua domo es tui re-*  
*spondit, Ego sum Azarias Avaniae in regione*  
*Si eum interrogavit, cujus esset familiae, & tri-*  
*bubus, cui dixit se esse Azarias? huc nomen Az-*  
*arias significat, Auxilium Domini, vel auxiliator,*  
*dicere voluit. De nulla alia re gloriosus,*  
*quam quod sim à Deo deputatus adjutor ho-*  
*minum. In hoc sola mea gloriatio consistit. Fe-*  
*gurato respondeat, ait Comellor, quoniam Azarias*  
*adjutor interpretatur, quod Angeli conpositi, qui*  
*sunt administratores fuitus.*

21. Et jure debet Angelus hic titulus *Leor-*  
*as, vel adjutorium divinum, quia in omni oc-*  
*castione succurrere, & auxilium nobis praebet*  
*re studet. Hinc D. Bernardus. Quod non a manu*  
*custodit, timeamus: nec superari, nec solari, nec*  
*autem seducere possunt, qui custodiant nos in omni*  
*vitis officio, fideles sunt, praevidentes sunt, potentes sunt.*  
 S. Celsarius scribit. Angelos nullum subdito-  
 rum omittit, quod pertinet ad salutem animarum  
 nostrarum. *Administrant Trinitatem, & nobis, haec quidem,*

erga Deum par est servientes nobis vero praestantia qua ad saluam nostram necessaria certo conseruati ab ea mandantur.

S. Pater illis nostras preces ad Deum detrahe, etque nostra desideria pandere, ac rogantes, ut nos exaudite dignetur. Nemo mortalium melius in carnis peccati per se dignus est: idcirco propter eius a clementissimo Deo, ut per manus Angelorum vota perforantur hominum, et preces ad ipsum eternum et visibilem Deum ambrosiose, et quicquid minus est nobis in natura, fiat acceptum sanctis nostrum ex Angelico famulatu. Abulatis, eos in multis itineribus comites esse, ac ab omni infortunio defendere: Angeli dirigunt vias nostras tollendo nocentia, qua magis accedere possunt in itineribus, quam cum manemus in civitatibus.

Jonas Aurelianus perhibet illos nobis in omnino auxilium necessarium praestare: Vbi que frequenter Angeli Dei auxilia praestant.

Catechismus dicit, quod seruiant nobis pro scuto ad omnes inultus hostiles reprimendos, sicut regulentur a Jacobo impetus Elau: Apparebant ei iustitiam tuendam iacob, imo ad manifestandum ei, quod Angelus Dei iusti iudicis tanquam exercitus sit, et fuerunt ei praesidio aduersus Elau.

R. Laurentius Iustinianus comparat illos excubitoribus urbium, qui ab omni imminente periculo nos defendunt: Quis non ineffabili quodam exultatione gaudio, cum reuoluit mente sanctorum adiutorium Angelorum, qui sine fatigatione, etque intervallo excubias celebrant super plebem Domini, quae fidelium.

Remigius Episc. Antiochenensis dicit, nos ab illis confortari in nostris miseriis, sicut Salvatorem in horto Olivatum corroborauerunt: Haec confortatio non fuit ad necessitatem, sed ad seruitutis exhibitionem, sicut enim ad nostram doctrinam, quia nonnulli quique fidelium habet Angelum confortantem se in bonis operibus.

S. P. Augustinus affirmat eos pro nobis pugnare contra Demones, & victoriam obtinere, & in omnibus actionibus nostris ab illis nos docere: ipsi sunt qui pro nobis contra Demones pugnant, & victoriam obtinent, ipsi sunt, qui ualde nos diligunt, nos ubique instruunt, in cunctis nos protegunt, nostram aduentum expectant ad calum, et sedes paradisi nos repleti affectum, ipsi sunt sanctissimi spiritus quibus dormientibus custodes adsunt.

Sanctus Panthaleon Diaconus astitit, quod si per diuinam misericordiam animae nostrae in purgatorio destinentur, culpas in hac vita committas expiatura, Angelos illas comitari, saepe illas uisitare, consolari, admonere ut illas poenas atrocissimas patienter tolerant, & poenis solutis, cum iubilo, & gaudio ad diuinam maiestatem perducere: Hic enim cum ex hac uita migramus, Di. Pant. in nobis astitit, et animas nostras comitantur si in d. S. Mic. purgatorium tendunt, easdem ibique saepe uisitant, Bafil. et consolantur, si autem ad calum tendant animae sanctae miram quaedam exultatione, et iucunditate eas praecedunt, et conspectui offerunt diuina maiestatis.

12. Ergo 6 devoti monitionem Diui Bernardi acceperimus, & in omnibus nostris necessitatibus ad Angelum eisdem recurremus, quod ergo gravissima cernitur urgeri tentatio, et tribulatio uehemens imminere, in uoca custodem tuum, ductorem tuum, adiutorem tuum in opportunitatibus, in tribulatione inelama eum, et dic Domine salua nos, perimus.

Et sicut Samaritanus speciale egit curam hominis Evangelici a latronibus in terra sermo exanguis relictus, sic non minorem habebit curam Angelus, ut nos in nostris uis custodiat: Curam illius egit, 6 Samaritanum Amorosum! 6 Custodem vigilantem; 6 Angelum compatientem!

Merito ergo ipsi attribui potest lemma, quod in scuto Mitillus, dum in bello ab hostibus fuerat seruus, & a naufragio fuit liberatus, depinxit. Ut ergo vitam seruatam scuto tiberet, hoc lemma subscripsit.

Cum premerer quo solo, cum premerer quo solo.

Andr. Alcia. Embl.

Vel auxilium nunquam desiciens, cum ergo tot beneficia quotidie ab iis recipiamus, vos exhortor, ut quolibet mane, & uespere hac oratione uocula illos saluteis.

Angelo Dei, qui iustus es mei; me tibi commissum pietate superna, hodie illumina, custodes, reges, et gubernas.



## DOMINICA DECIMA TERTIA POST PENTECOSTEN.

Cum ingrederetur IESUS quoddam castellum, occurrerunt decem viri leprosi, qui steterunt à longe, levaverunt vocem dicentes, &c. Luc. cap. 17.

### ARGUMENTUM.

Ostenditur, quod peccatores à iustis, & sanctis debeant degere separati, quia societas prava est periculosa.

**D**um inter confinia Galilee, & Samarie Salvator hinc inde discurreret, & velut copiosus ac fecundus fons a quas salutiferas gratiarum diffunderet: nunc cæcos illuminando, nunc infirmos sanando, nunc surdis auditum, nunc mutis loquelam, nunc mortuis vitam donando, quis N. non obstupescat, si decem leprosi sanitatem desiderantes ad Christum non accedant, nec personam liter eum adeant, sed à conversatione hominum separati degant, eumque solà voce rogent, ut ad eos accedat? Steterunt à longè, le vaverunt vocem dicentes: IESU præceptor miserere nostri.

O inurbani, & turbici leprosi, quis hic est modus procedendi? an sanitas vobis cordi non est? an à filio Dei curati non optatis? cur ergo in propria persona eum non aditis? lepra vos non excusat, quia totaliter non impedit, quo minus eum adire possitis? an forsitan pigritia, & tardum laboris superat vestrum desiderium, quo sanari cupitis? non quia occurrunt ei, cur ergo vos alius non ingertis, sed à tam multis, qui eum sequuntur, sequestrati estis? Steterunt à longè, & levaverunt vocem dicentes IESU præceptor miserere nostri. Non est dubium N. si per pigritiam, aut negligentiam hunc defectum commississent, non eundo in propria persona ad Christum eumque rogando eos vituperio dignos & sanatione indignos fore, sed lex in Levitico repetitur, quæ eos arcebat, & prohibebat: Leprosus omni tempore quo leprosus est, & immundus solus habitabat extra castra. Sic Procop. Leprosi iuxta legem immundi sunt, & à communi politia separantur. Et causam dicit Glol. Angel. dicens: Ne tubas in alios diffundatur, & ut advertit D. Augustin. Ne dum

lepra serpit, sani inficiantur: ne contagione diffusa plurimos perdat. Et Ludolph. Carth. concludit. Ritum legis Moysæ leprosi immundum erant. & ab oppidis, & urbibus exclusi, nec poterant cum aliis commorari, tunc steterunt à longè, quia non debebant appropinquare hominibus, ne eos inficerent, ad quod lex Iudæorum leprosi immundum non tangendum iudicat. O legem sanctam! o præceptum salutiferum pro bono communi!

Quis non scit, lepra peccatum, & leproso peccatorem denotat? ad hujus confirmatorem Petrum Blesensem, Theodoretum, & Guentacum Abbatem legitur: hinc si leprosi à suis procul abierunt, peccatores ab illis, qui habent in unitatem animæ, & sanctitatem vitæ procul abesse debent. Ne tubas in alios diffundatur, & contagione possit per plurimos perdat, prout in præfati discuti videmus, materia omnibus est utilisissima, & consequenter velle invenire digna: vos filio vestro favore mihi favete, & ego debita brevitate vobis serviam, & ordo.

### PARS PRIMA.

Steterunt à longè.

2. SI peccatores non velint se sequestrari, rotæ ab eis se junge. Qui frequentat commercium malorum, seminat & zivia malitiae, sed frugendo eorum societatem flores merito eum colligit, qui pravorum societati se ingerit, periclitatur & ruinam invenit, sed si eos vitet per quosdam bonorum operum ad verticem vitæ perfectæ accedit. O Christiane audi moximum Scaccat.

Levit. 13.

Procop in lib. 2. Reg. c. 3.

Et causam dicit Glol. Angel. dicens: Ne tubas in alios diffundatur, & ut advertit D. Augustin. Ne dum

Non alia magis est libera, & vitio carens,  
 Nonque melius vita, quae priscos colat.  
 Quam qua reliquis manibus hystus amet.  
 Ad hominem probo idem interrogatus, a quo de-  
 beret cavere, ut bene viveret, respondit, Quid tibi  
 praecipui vitandum existimas, quare turbam nun-  
 quam illi tu te commiseris, inimica est multorum  
 conversatio, nam aut aliquis vitio nobis ingerit, aut  
 commoda aut imprimit, quo major est populus cui  
 resistam, hic periculis plus est; & postea in libro  
 sanctorum moralium subdit: solitudinem quaras,  
 qui vult cum innocentibus vivere, & optimus ani-  
 mus, & pulcherrimus Dei cultor est. Pythius in-  
 terrogatus, quid ageret? respondit: Meditor esse  
 profectum. Ad quod addidit Laetius: Sciens ad hoc  
 esse utilem solitudinem: & inutilem turbam. Py-  
 thagoras: non nisi se anno anno fuisse scilicet,  
 quo in subterranea spelunca habitavit; confessus  
 est, Thimoem Nicæum solitudinis amatorem  
 fuisse scribit Laetius. A Chrysostomo in forma-  
 tionem accipite, qui per similitudinem gratiosam  
 arboris iuxta viam plantatæ vobis dicit: Sicut  
 difficile est arborem iuxta viam positam fructus  
 nique ad maturitatem servare: sic difficile est vi-  
 rum iuxta hunc mundum viventem justitiam im-  
 maculatam nique ad finem tenere. Recede ergo de  
 via & planta te in loco secreto, ut nec mundus te  
 contemnat, nec habeat aliquod commune, nec tu cum mundo.  
 Similiter dicit Ecclesiasticus: qui tetigerit picem  
 inquinabitur ab ea. Et alius subiunxit.

Morbida facta pecus totum corrumpit ovile,  
 Et Cato.  
 Cum pravis ambulat tu quoque pravis oris.

Eo modo quo aquæ dulces mari influentes in  
 amaram salcedinem migant, & unica vox dis-  
 sonantorum eborum turbat, & unicum solum  
 membrum infectum totum corpus contaminat,  
 nec aliud medium est, quam illud abscindere,  
 consilium Ovidii.

..... Immedicabile vulnus  
 Ense incidendum est, ne pari sincera trabatur.

Hinc læta imperialis Gubernatoribus sic præcipit:  
 de Drago provincia debet purgare provinciam multis  
 hominibus. Lepa peccati, ut quidam dicit Philo-  
 sophus sui zvi celeberrimus, valde similis est  
 contagio vitium est quoddam, quo  
 ex aliis viciis factis simili vicio aggravatis contri-  
 buit, ut aere sui dicitur, vel fumice medicante: gri-

num efficitur, si quis vestimenta, vel alia infecta  
 contrahat, hac enim perosa cum sint, facile habitum  
 recipiunt. Hinc qui degit inter pestiferos diffi-  
 colter sanus manet. Idem iudicari, & concludi  
 debet de iusto; cum peccatoribus conversante.  
 Idcirco ait Seneca: Serpunt vitia, & in proximum  
 quemque transfusi, & contactu nocent, itaque in  
 pestilentia cavendum est, ne corruptus iam corpori-  
 bus affideamus, quia pericula trahemus. & afflatu  
 ipso laborabimus. Verum namque est quod ait  
 sanctus Hieronymus: Ante ignem consistens etiam si  
 ferreus sis, aliquando dissolvitur. Si Eliano, & ex  
 periculis credimus: penna aquilæ aliarum a-  
 vium pennas contiguas consumit.

3 Inter antiquos Philosophos famosæ Gra-  
 cia, quidam in orbe esset difficillimum sapera-  
 tu, propositum fuit, & variæ fuerunt respon-  
 siones datae. Antipppus omnium sapientissimus  
 surgens, animum suum prudenti dicto aperuit:  
 ego censo nil esse difficilium, quam virum pro-  
 bum inter improbos probitatem servare. Id evi-  
 dentia scripturarum probemus.

Vates, & magnus servus Dei Isaias quadam  
 vice a se servatum silentium, dum loqui debebat,  
 ingemuit. Va mihi, quia tacui & rationem addi-  
 dit: Quia vir pollutus labio ego sum. Cum esset  
 Deo charus, & gratus: unde hæc immundities  
 processerit, non adeo faciliter sciri potest: For-  
 san dicitur eum locutum ex humilitate; sed id fal-  
 sum est, verè enim locutus est: non miror, quia  
 in scriptura legi, & ipsemet dixit: Et in medio  
 populi polluta labia habenti ego habito. Conceptus  
 est Nicolai Anapi Episcopi Bizantini. Cam di-  
 xisset Isaias vir pollutus labio ego sum, causam  
 insinuans subdit: in medio populi polluta labia ha-  
 bentis ego habito. Et tamen erat maximus sa-  
 ctus illius temporis.

4. Cain impius contra innocentem fratrem  
 rabie agebatur, eum secum duxit ad agrum, &  
 manu nodoso baculo armata, absque eo, quid  
 illi palpitaret cor, vel minimum vacillaret dextra,  
 proditoriè eum percussit, & occidit, hinc sanguis  
 è vulneribus profluens, terram que inundans, spi-  
 ritibus famantibus, & fumis spirantibus ebul-  
 lendo, & spernando, clamabat, & à celo vindi-  
 ctam postulabat: nam idè ei dixit Deus: Vox  
 sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.  
 N. Non adeo demissor scelus Caini, quam san-  
 guinem Abel vindicativum, cum de sanguine  
 Christi, & S. Stephani legatur, Pater ignosce illis:  
 Domine ne statuas illis hoc peccatum, quomodo  
 ergo sanguis iusti Abel clamat de terra ad Deum?  
 167

Senec. lib. 1  
 de tranq.  
 cap. 7.

Isid. lib. 2.  
 soliloq.  
 Elian. l. 9.  
 Hist. au-  
 mal. l. 2.

Arist. ap.  
 Stob. ser.  
 23.

Isai. c. 6.

Nicol. A.  
 nap. de so-  
 cietat ma-  
 lor. f. 252.

Gen. 4.

Luc. 23.  
 Act. 7.

Handwritten text in the right margin, possibly a library or collection mark, including the word "licet" and some numbers.

Ut resolutionem hujus facti habeamus, gressibus meditationis ab Abele iusto ad Christum innocentem, à Caino percussore ad Joannem precursorem, à sanguine Abel, ad aquas Jordanis transeamus. Venit Iesus à Galilea in Iordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. Christus vult baptizari? quodam est hoc paradoxon, cum effectus principalis baptismi sit, deletio peccati originalis, & actualium, si sit opus, collatioque gratiæ, & Christus non contraxit peccatum originale, nec actuale commisit, habueritque plenitudinem gratiæ, cur ergo vult baptizari, res quæ & ipsum Joannem in stuporem egit, nam idem dixit: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? hinc Palchafius. Expaverat eum ad se venisse, cui nulla inerat baptizandi necessitas, eò quod ipse tolleret peccata mundi, sicut iam idem testatus fuerat. Et S. Maximus respondet: *Ut sanctificaretur aquas.* Huius opinionioni etiam subscribit sanctus Pater Ambrosius: *Idem baptizatur Christus, non ut sanctificaretur ab aquas, sed ut ipse aquas sanctificaret, & purificatione sui purificet fuenta illa, quæ sanguis. Et en aliam difficultatem.* Quando nonquam aquæ fuerunt maledictæ, ut rebenedicti, & resanctificati debebant? ego aquas non secundum se, & immediate, sed per accidens, & ratione alterius maledictas puto: in principio mundi fuit maledicta terra: *Maledicta terra in opere tuo.* Aqua terræ semper vicina est, & conjuncta, atque terræ maledictiones participat, & idem sic concludentibus citatis Scripturis baptizatus est Christus, ut aquas sanctificaret.

6. Hoc modo solvitur alia difficultas de sanguine Abel, qui supplicia, & vindictam à cælo urgebat: *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra;* propter hominem terram maledicta fuit, & ut se vindicaret in damnum hominis spinas, tribulos, lapides, & ferrum produxit, terræ innatabat sanguis, terræque se commiscuit, & vindicativus est factus per accidens: hinc observat sanctus Ambrosius Deum dicere, sanguinem clamasse à terra, ac si e proximitate eum terra red-

Ambr. l. 2. dicit us fuisset vindicativus: *Non dicit, clamat ad me de Abel & de vultu, sed clamat ad me de terra, & si frater Cain. c. 9. pepererit, terra non parit, si frater tacet, condemnat.*

7. In confirmationem illorum, quæ hucusque dixi de sanguine Abelis, considerandos effectus sanguinis Christi vobis propono. Rupertus Abbas: sanguinem effusum in cruce misericordiam, & veniam rogasse crucifixoribus tenet Gen. c. 6. statum. Pro omni mundo interpellat, & universum

rum peccata excusat, ipso quoque, qui fuerat illum ad poenitentiam invitavit. Idem confirmat S. Paulus Accessit ad nos: *Tristissimi maledictorum Iesus, & sanguinis aspersorem multo melius clamantem quam Abel.* Et merito, multo melius clamabat sanguis Christi, quam Abel, quia sanguis hujus iustitiam, illius pietatem rogabat, hæc enim Gehzemani intrat filius Dei, & in oratione patri adgeniculatus illas sanguinis fudit, & factus est sudor ejus, sicut gutta sanguinis decurrens super terram. Idem Rupertus: hinc sanguinem Christi morem sollicitudinis amittat: *Vere tantum miraculum sudoris non erigens fuit, qui contra inselice, à sancto hominibus laudatus, in prasagium iudicis terribilis, & vindex horribilis in terram decurrit.* Sanguis redemptionis in cruce, quantum distat à seipso in homine in cruce petit veniam, in horto vindictam. Ne miremini N. quia decurrebat super terram, ut dicitur, est unitus est terræ vindicativus, & factus est vindicativus: *In prasagium vindictæ horribilis in terram decurrit.*

8. Quam sit periculosum, & nocivum commercium cum malis, à sancto Petro interrogate. Ego principem Apostolorum in quatuor locis, scilicet in Cæsarea, Cæcæculo, horto Gehzemani, atrio Pontificis considero: in primo loco Christus discipulos, quid sentiant de sua persona interrogat, *Quem dicunt homines esse filium hominis?* & respondit: *Alii Iohannem Baptistam, alii Eliam, alii vero Ieremiam, aut eorum ex Prophetis:* sed sanctus Petrus omnes anteit, & liberè eum filium Dei constituit, *Tu es Christus filius Dei vivi:* Melius loqui non poterat. In cæcæculo Apostolus salvator prædicat, *Omnes vos scandalum patiemini in me in isto nocte.* Petrus surgit, & a se nullatenus delectandum magistrum, indè se ad carceres, & mortem paratum esse jactat: *Tecum paratus sum in carcerem, & in mortem ire;* magno animo pollet factus Petrus, in horto Gehzemani dum milites Christum captivum ductum accurrunt, Apostolus quandam in particulari scilicet Malchum videns, male præ cæteris tractare suum magistrum, gladium exivit, eique auriculam præcudit, *Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum, & percussit Pontificis servum.* & abiecit auriculam ejus dexteram. O discipol. in generositate defendendo Uon mo non imer copias amaret? defendum in aula Principis sacerdotum cum malitiosis igni astat ad se cælestem m., & à quadam ancilla interrogatus, num allecta esset Christi?

Matth. 3.

Palchaf. l. 2. in Matr. in lib. pat. tom. 9. D. Max. hom. 1. in Epiph. Iansen. in concord. Ev. c. 14.

Gen. 3.

Gen. 4.

Ambr. l. 2. de Abel & Cain. c. 9.

Rupert. l. 4. Gen. c. 6.



prent id negavit: *Mulier non novi illum.* Alius  
 libenter: *Est u de illis es: & ille rursus negati-*  
*ve respondet. O homo non sum.* Ferme omnes  
 ex hoc, & accentu Galilæo eum notum asserere  
 vult: *vere ex illis es, nam & Galilæus es.* Et teste  
 D. Marco. *Capit anathemizare, & jurare, quia*  
*negavit hominem istum quem dicitis.* Quantum Pe-  
 trus scilicet abiit? *Quantum mutatus ab illo? in*  
*perpetuum Caesaree libere eum filium Dei agnos-*  
*cit. in cœnaculo constanter se profiteretur fidelem;*  
*in hereto Getichemani genitos eum defendit, &*  
*in domo in Palatio pettinaciter eum negat. An-*  
*tepetrus, nonne meticulosus, antea genitosus*  
*non, autem timidissimus lepus, dicit Petre, qualis*  
*est hæc mutatio, primo verax, & fidelis, postea*  
*blasphemus, & infidelis? N. verba Petri observari*  
*debet. Teum sum paratus in carcere, & in*  
*mortem ire, quasi diceret: quomodo tecum ero,*  
*conscientiam tuam amore & fidelitate manebit, Te-*  
*nam paratus sum. Sed dum furo inter malos,*  
*impossibile est, ut bonus conferret. Deo inter*  
*gentem, quæ te blasphemam, & quæ te filium Dei*  
*dicit non credit, ego & te nego, & te blasphemam.*  
 Andree Glossam Ordinarium: *Quam nociva pra-*  
*torum colloquia inter infideles cœnines senegavit*  
*esse, quam inter condiscipulos jam filium Dei fuerat*  
*confessus. Si à longe scisset, eum non negasset, id*  
*condemnat Archiepiscopus Constantinopolita-*  
*nus? Petrus existens cum discipulis in nocte cane-*  
*rum multum erat audax, & securus: cum au-*  
*tem venit ad atrium summi sacerdotis Dominum*  
*abscissem unius ancilla negavit, totum commerc-*  
*io pavorem ascribitur.*  
 9. Dis. quid bonus agendo cum malis pro-  
 ducere potest, forsitan eos convertere sperat? miror,  
 molivi negotio pervertetur bonus: *facilis est,*  
 verba sunt Gregorii Nazianzeni, *virtutum con-*  
*tractare, quam civitatem impetiri, quemadmo-*  
*dam etiam facilis est morbo alieno infici, quam sa-*  
*lutem largiri.* Et D. Joannes Chrysostomus:  
*Quorum natura sic est, ut quoties bonus malo con-*  
*jungetur, non ex bono melioretur, sed ex malo*  
*bonus corrumpitur. Cum his agendo non lucra-*  
*mus, sed multum perdimus.*  
 10. In sacro Genesi Moyses loquitur de illo  
 serpente, qui infensus à Diabolo matrem Evam  
 seduxit: & ubi septuaginta legunt: *serpens erat*  
*præcelsissimus bestiarum & Pataphrasia Chaldaea*  
*venit, Serpens erat sapientior cunctis bestis agri.*  
*Nostri vulgata substituit. Serpens erat callidior*  
*cunctis animalibus terra. Sed quomodo sapiens,*  
*& prudentia transiit in astutiam? quomodo*  
*Evilati Dominiale.*

sapiens virtuosus migravit in vitiosum? Rupert.  
 Abbas, Eucherius Lugdunensis Episcopus  
 respondit, Diabolum tentandæ Evæ serpen-  
 tem in vasific, & has mitas metamorphoses cau-  
 falli. Audire Eucherium. *Non ex sua natura (ser-*  
*pens erat callidior,) sed ex diaboli spiritus infla-*  
*tionem, quæ in illo erat, & per illum doctum agebat:*  
*utebatur enim serpente diabolo, quasi organo ad*  
*perpetrandam calliditatis suæ malitiam. Petrus, Perer. lib. 6*  
*& Abulenlis ejusdem sunt sententia. Subintra. disp. 1. fol.*  
*verat vero serpentem, sunt verba Tostati, ut in eo 608. Abul.*  
*verba formaret, & ut vult magister in historiis lib. 9. 1.*  
*scholasticis, accepit Diabolo quoddam genus serpen-*  
*tis, quod recte incedit, quos Pharias vocant. & dicit,*  
*quod ille serpens habuit vultum virginem, ut mag-*  
*is Eva compleret. Eadem est doctrina mei S.*  
*Patris Augustini. Astutissimum omnium bestia-*  
*rum dicitur est serpens, propter astutiam Diaboli, qui in Gen. 3.*  
*in ill. & de illo agebat dolum. En conclusionem 29.*  
 Ruperti Abbatis: *sciendum, quod serpens antequam*  
*foret organum diaboli ad perditionem hominis (sa-*  
*piens vel prudens poterat dici, postquam autem pru-*  
*dentia ejus malitia Diaboli conjuncta est, & oppo-*  
*ritum ministerium mortis præbuit, callidus, & ne-*  
*quus, sive versipellis rectus potest nuncupari. Nunc*  
*serpens videtur lucrum, quod ex familiaritate cum*  
*Dæmone retulit: antea erat sapientissimus, &*  
*prudētissimus, nunc callidus nequus, & versipellis.*  
 11. Dum gratiofus magister cum discipulis in  
 cœnaculo ageret; Judæ dixit: *Quod facis fac*  
*etius; Juda prodicionem, quam coide concepisti,*  
*quantum est possibile accelera; Christus stimulat*  
*Judam ad traditionem? Domine, an non sufficit,*  
*quod ad hunc actum coopereris permittive, sed*  
*& concutis consultive, imo imperative, obfir-*  
*matione januæ potius ejus exitum impedit,*  
*eum que detinere detebas: vix discipulus ingra-*  
*tus pedem extulerat, cum ergo exisset. Et illico di-*  
*xit Jesus nunc clarificatus est filius Dei, nunc? dum*  
*Judas abiit? ergone ante abitum proditoris non*  
*erat clarificatus?*  
 12. S. Evangelista Mattheus successus supre-  
 mo Judicii die eventuros recensens, peccatores ab  
 Angelis in orbem derubandos dicit: *Et mittent*  
*eos in eraminum ignis, ibi erit status, & stridor den-*  
*tium. Et postea lubdit malis remotis, iustos instar*  
*solis micaturos, Tunc fulgebunt iusti sicut sol. Ego*  
*quale obstaculum peccatores posuerint, ne ju-*  
*sti relucere possint, imo eorum splendor obfulce-*  
*atur, scite desidero. Dicit id Joachim Abbas. So-*  
*paratis iniustus de medio iustorum, fulgebunt iusti*  
*sicut sol, quia nimirum non potest esse dies in perfe-*  
*cto*

*Rupert.*  
*Abb. Euc.*  
*cher lib. 1.*  
*in Gen. 10.*  
*ser. 1. Bibl.*  
*vet. Pat. ]*  
*Perer. lib. 6*  
*disp. 1. fol.*  
*608. Abul.*  
*lib. 9. 1.*  
*Aug. l. 11.*  
*in Gen. 3.*  
*29.*  
*Rup. Abb.*  
*lib. 3. in*  
*Gen. c. 2.*  
*Toan. 13.*  
*Mat. 25.*  
*In Apoc. c.*  
*21. rex. 1.*  
*cto*



to splendore, quamvis pars aliqua tenebrarum  
lucis crepusculum obscurando denigrat, sed quo-  
modo discedentibus tenebris dies clarus effulget,  
ita detrusis impiis in inferno sublegetur iusti. Idem  
argumentum de Christo in carnaculo, dum Jua-  
das in ejus, & Apostolorum societate erat, for-  
mare possumus. Judæ nigredo eorum clarita-  
tem inambare videbatur, sed dum exivit, &  
pedem extulit, tunc clarificatus est filius homi-  
nis, & ut scribit S. P. Augustinus: Exiit Judas, &  
clarificatus est Iesus, exiit filius perditionis, & clari-  
ficatus est filius hominis, exeunte immundo omnes  
mundi remanserunt. Doctrinæ S. P. Augustini

*August.*  
*Arad. 03 in*  
*Ioan. c. 13.*  
*Celada de*  
*bened. Pa-*  
*triarcha-*  
*rum c. 1.*  
*2. 1. §. 13.*  
quidam Auctor modernus accinit: Non satis glo-  
rificatus est Iesus, quia adhuc est Iudas in ejus con-  
tubernio, adhuc non satis clarificatus est Christus,  
quia in ejus collegio adhuc Iudas numeratur: cum  
autem abscedit, & Iudæa societatis egressus sit, sic  
Iesus cum suis exinde gloriosus effulsit.

11. Ego cur inter Apostolos solus Judas avari-  
tæ furtis, proprii lucri commodo interitus fuerit,  
quæ omnia sunt vitia enormissima, quæ ho-  
mo patiare possit, scire velim. Erat discipulus  
Christi sicut & aliagebat, cum bonis, exempla  
sanctitatis videbat in suo magistro. Dum omnes  
alii paupertatem, & virtutes amarent, cur Jua-  
das totum contrarium fecit? si fuisset natus  
princeps inter delicias nutritus, auro & argen-  
to dives, hæc omnia transire potuissent, nam  
vita Christi, & Apostolorum eum dedecussit,  
sed erat pauper, miser, vilis, filius futoris, er-  
go suo statu, & vita Apostolica contentus,  
abstinereque à furtis, propriis lucris, & avari-  
tæ debuit. Pater Labata causam affert. Dum  
eam dispensatorem collegii Apostolici fuisse as-  
serit. Ratione ejus officii cum opificibus, & in-  
stitoribus à quibus, vel accipiebat elemosynam,  
vel victui, & vestitui necessaria emebat, agere  
debuit. Hi cum essent avari, futes, proprio lu-  
cro dediti (de bonis non loquor) nil miri si Ju-  
dæ imperfectiones eadem adificata sint. Agens  
cum claudo, claudicare discit. Ea quæ ab avaris  
hominibus desumpsit, ita prævaluerit, ut ex sancto  
Dei Apostolo sui & proditor. & divina majestatis  
evaserit reus propter lucrum triginta denariorum,  
quia scilicet patris lucrari à mercatoribus didicerat,  
quam paupertatem à discipulis suis. Præterea  
Christus timens ne post mortem Judas supervi-  
vens, cum Discipulis ageret, ut antea egit, sicque  
ejus defectus reliquis affricarentur, non nisi Jua-  
dæ in cruce mori voluit, ut de hoc cæcus

*Labata*  
*Tom. 1.*  
*verbo so-*  
*ciatus prop-*  
*2.*  
*Orat. 22.*  
ellect. Sic beatus Iudas Abbas: Nec Dominus Ie-  
sus prius ascendit in crucem, quam Iudas esse de-  
lisset à medio Discipulorum.

14. Abraham, & Sara, Isaac, & Imael  
convivere noluerunt, ejus ancillam, & filium  
ejus. Sed si erant fratres, cur conjunguntur? Quis  
namque Vates: Ecce quam bonum, & quam ju-  
cundum habitare fratres in unum. Noluerunt sal-  
vatore non voluisse esse arbitrum in divisione bo-  
norum inter duos fratres scio, ne occasione scilicet  
separandi haberent; hinc requisitus respondit:  
Quis me constituit iudicem, & dividerem inter vos,  
Cur ergo Abraham hos duos in eadem domo  
non patitur? respondere D. Bernardus. Per Ima-  
el peccatores, per Isaac justos intelligi, &  
quia hi non bene junguntur, ne occasione scilicet  
me igitur (sunt verba cujusdam moderni) inter  
Sara filium ancillæ non futurum hæredem cum I-  
sac, quia nulla inter justos, & injustos conjunctio  
convenit. Et Lytanius. Percepit quod esset pro-  
ad luxuriam, & timens ne ad similitudinem Ima-  
el Imael emiceret. Et Thomas Angelicus. Per  
pulus illo tempore erat cultor Dei, principales in-  
vandas, & propagandas erat de solo Isaac natus  
rus; illi autem populo erat valde notoria, & perni-  
losa communitio cæterorum, si starent cum eis in con-  
viviis, & coheredes, quia tunc de facili sciderent,  
corrumperent veritatem divini cultus. Omnes  
concludunt, hos duos quantumvis fratres non  
bene convixisse, quia Imael malus facillime locu-  
citatem Isaac contaminasset.

15. Non credo me errare si peccatorem ca-  
bonem esse dixerim, qui accensus adurendo con-  
sumit sanctitatem bonorum (ut audivimus) &  
extinctus eorum honorem, & reputationem  
commaculat: dicite cur Christus non solus, vel  
ad partem, sed in medio inter duos latrones fuit  
crucifixus? Theodoretus hoc fuisse stratagemam  
Diaboli asserit; Christus apud multos in bonis  
existimatione erat, qui eum filium Dei crede-  
bant, inter hos erat Centurio, qui glorificavit eum  
dicens: vere hic homo justus erat. Vel ut scribit  
S. Marcus: Filius Dei erat: Ut ergo ejus tantum  
tolleret, aliud medium invenire non potuit,  
quam ut inter duos nebulones crucifigeretur, ut  
omnes dicerent, cum latronibus esset in cruce  
actus, ergo bonus esse non potest, quia medium  
participat de exitibus; ut reputaretur peccator, &  
non justus latro, & non sanctus, medium ei lo-  
cum assignarunt. Audite Theodoretum: Malebat  
opinionem de Domino innuere volens Diabolum, ut  
iam latrones faceret crucifigi cum eo.

16. Quid est an forsitan animus convertendi cum  
 parvis fuit: ita ut aliquis his periculis non in-  
 volveretur? si Deus concussu extraordinario tibi  
 hoc succurrat, ego id sentio impossibile. Divina  
 magnificentia Abraham comparat dicens: nihil timeat,  
 sed eius specialem Protectionem fore: *Noli timere  
 Abraham, ego Protector tuus sum*. Qualis potuit  
 hic esse metus, ut adjutorio speciali Dei indige-  
 re, quatenus ab eo liberaretur? multi eum tunc  
 ante idololatrias vixisse putant, ideo Deus ei pro-  
 tectionem particularem promittit, quia sine illa  
 sibi ab Abrahamo non servandam time-  
 bat: perinde ac dixerit, quomodo inter idolola-  
 trias obsequentiam, reverentiam, & devotionem  
 Deo reddere poterit, idcirco dicit Dionysius Car-  
 thaginensis, *Indignus Abraham protectione divina,  
 quatenus in medio idololatriarum, ac pessimorum  
 tunc morabatur, ne cum per verum illum perverteretur.*

17. Ipsimet beati, ut ita dicam, timebant peri-  
 culum, si unus peccator in Paradiso eis adesset,  
 David ultimo iudicii die adfuerit, quod beati dam-  
 natus atrocissimis pœnis dicit cruciari, videbunt,  
 iustoque alloquens, ait: *Verumtamen oculis tuis  
 considerabis, & retributionem peccatorum videbis.*  
 Quia non claritas gloriae hac visione horrenda  
 corretur, & sanctis incutatur terror fieri nequit,  
 ergo non totaliter erunt beati? nam corporales  
 fluctationes saltem per redundantiam, animam  
 afficere scio. Estant glorificati, sed oculi tenden-  
 tes in objecta adeo horrenda, aliquo modo lae-  
 dentur. Cur ergo objecta ita horrenda iis obji-  
 ciuntur? respondet Divus Bernardus. Ne suspi-  
 ciatur aliquem damnatum ex inferno liberan-  
 dum, & in societate eorum caelo admittendum,  
 hinc eos videbunt Paradiso exules, & orco ater-  
 naliter addictos: nam si per impossibile imagi-  
 nari possent damnatorum aliquem ex inferno  
 liberandum, & caelo admittendum, in continuo  
 timore degerent, & eus societatem metuentes:  
 non, non dicit Deus, nolo eos hac turbatione  
 commoveri, volo ut in inferno procul à vobis dissi-  
 catis semper haereat. En verba Bernardi: *Retribu-  
 tionem peccatorum videbis, securitas perfecta iustis-  
 simum, cum iusta retributio peccatorum, qui videlicet  
 nec humanam aliquando, nec diabolicam ultra vo-  
 rent malitiam possent: haec securitas eos perfecte  
 beatos recidet, haec est nova latitudo, concludit Bel-  
 laminius, causa homini iusto, cui non solum promit-  
 tor victoria, sed etiam quod si cum magna volu-  
 pte visurus propriis oculis inimicos suos jacentes,  
 & pro meritis punios.*

18. Haec verba dicta textu sacrae Genesis confir-

mo. In principio mundi Deus *divisit lucem à te-  
 nebris*. Hic Philosophus objiceret, illa tantum  
 posse dividi, quae antea fuerunt unita, & conjun-  
 cta, sed si tenebrae & lux sint contraria, quomo-  
 do poterunt stare simul? multi Scriptores facti,  
 & specialiter Rupertus Abbas, Divus Ambro-  
 sius, Sanctus Pater Augustinus per tenebras Dæ-  
 mones, per lucem Angelos intelligunt. Do ver-  
 ba Ruperti: *Qua sunt ista tenebrae, nisi omnes  
 Angeli Satanae cum eodem suo principe? has uti-  
 que tenebras Deus à luce divisit, quia Angelos ma-  
 los à bonis separavit: divisit, inquam separationis  
 immutabili, ita ut nec iusti qui ceciderant, resur-  
 gere, nec illi qui cum peccare possent, peccando ca-  
 dere. Et cur haec separatio? illud, quod supra  
 docui repetere possem, nigredo harum tenebra-  
 rum diabolicarum claritatem lucis Angelicae ob-  
 fuscaisset, sed à doctrina Ruperti discedere nolo.*  
*Divisit separatione immutabili ita ut nec isti Ecce.*  
 Ut Angeli maxime distantes à dæmonibus sem-  
 per secuti essent.

19. Ultimo paradoxum vobis auferre aude-  
 rem, si uti spero sanctitati Salvatoris me non præ-  
 judicatum celessem. Scio me ad homines dis-  
 cretos perorare, qui ex meo discursu, relictis spi-  
 ritibus solas capere: maxime cum terminos debi-  
 tos excedere nolim. Ipsemet filius Dei, qui dæ-  
 monibus horrorem, & terrorem incussit, cum  
 malis agere timuit. Sanctus Andreas in crucem  
 est actus, in eaque biduo vivus haesit: *Biduo pen-  
 debat in cruce beatus Andreas*. Christus etiam in  
 cruce est suspensus, & non nisi per tres horas vi-  
 xit: *Ab hora sexta, usque ad horam nonam.* Quo-  
 modo est possibile sanctum Andream seipsum, &  
 vitam simplicem per duos dies restitisse tormen-  
 tis crucis, & Salvatorem triginta trium anno-  
 rum hominem, & Deum, cuiusque humanitati  
 in infirmitatibus succurrebat divinitas, alperò  
 ligno crucis non nisi per horas tres obstitisse? er-  
 gone miles duce generosior erit? videmus: si  
 causam hujus disparitatis doctrina mei Sancti  
 Patris Augustini assignare possimus: ille ait: cru-  
 cifixum nunc ad latronem bonum, nunc ad mal-  
 lum se convertisse, de bono cogitabat, & de malo  
 recogitabat, & tacite latroni bono dixit, felix es  
 tu, qui tuam fortunam invenisti, recogitabat mal-  
 lum, & aiebat: *O te infelicem, tibi offero bo-  
 num, & illud tenuisti: cogitabat, o bone latro,  
 quam prudens fuisti, qui paucis verbis emere  
 Paradysum scivisti. Recogitabat, & tu unico suspitio  
 illum obtinere potuisti, & nolisti. Cogitabat,*  
 tu corde es tenero, & me consolaris, *Recogitabat,*  
 tu es

Gen. 1.  
 Rep. lib. 1.  
 cap. 3. in  
 Psalm. 75.  
 Amb. de  
 Parad. 2.  
 August. 1.  
 de civit.  
 Dei c. 19.

In vita  
 debet in cruce  
 Matt. 27.

tu es obstinatus in malo, & affligis. *Cogitabat*, tibi aperitur cælum, & Angeli descendunt, ut te laurea martyrii cingant: *Recogitabat*, tibi pânditur infernus & demones solvuntur, ut te tormento. *Cogitabat*, tu venies ut fruaris præmio laborum. *Recogitabat*, & tu errata tua dilues. *Cogitabat*, tu æternaliter gaudebis gloria tui Domini. *Recogitabat*, & tu in atrocitate poenarum moriens vivendo, & privatus Deo moriendo vives.

Tom. 19.

Demum *hora nona inclinatio capite emisit spiritum*. Ex hac pia meditatione causa difficultatis propolite assignari potest, Andreas in crocem actus, nullum peccatorem socium habebat: hinc *virgino vivens in cruce*, sed Christus impio ad ejus sinistram appenso, & in malo obstinato vicinus erat, quasi dicebat: Ego, hanc proximitatem ferre non valeo ulterius. Magis hac societate, quam clavis crucis torqueo; cor transfigi sentio, & hæc vicinitas mortem accelerat. Augustinus huic meum disensum claudic, dicens: *Non potuit sustinere commercium peccatoris.*

20. *Steterunt à longe*. O quam nociva est societas pravorum, parens ille habet filium timerem Deum, devotum, qualibet die templum frequentat, quotidie preces solitas recitat, non nisi verba sancta proferat, est modestus, obediens, cum satisfactione parentum, & quia aliquo modo est adultus, ad libitum exitus ei conceditur; sed spatio duorum mensium adeo factus est perversus, & malus, ut nil plus dici possit; est inobediens, lator, blasphemator, non nisi impudica ab eo audiuntur, est sentina vitiorum, & ex Angelo in Diabolum migravit, quænam est hæc mutatio: in malam societatem incidit, & ita effectus est pravus, ut lepram malitiæ contraxerit, & si steterit à longe, sanctitatem conservasset, tales ergo

*Matth. 18:* fuge, & monitum Christi sequere. *Sivoculus tuus* L. lib. *ho-* scandalizat te erue eum & projice abs te. L. ex est in contrarium; *Nemo videtur Dominus membrorum suorum*. Hæc jussio Christi est nimis paradoxa, & canonibus, atque summissis sic determinantibus, adversatur. *Gravissimum crimen est* c. 6. 1. n. 8. *contra naturam in se manus convertere*: Maxime quando membrum habet speciale officium. Tale membrum est oculus. Nihilominus alii volunt nonnunquam mutilationem esse licitam, dum scilicet salus totius corporis abscissionem requirit; e.g. si auris, manus, pes, toti corpori infectionem minaretur, quid ergo tibi præcipit Salvator? *Sivoculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te*. Qualis est hic oculus te scandalizans? nisi ille amicus pravus cum quo agis: hinc si ocu-

Diana p. 4. s.

lum debeat erueri, ne inficiat caput, & corpus. Tristis quanto magis te debes separare ab illa societate, quæ animæ damnationem tibi caute potest: hic est verus intellectus verborum Christi: *Hic Chrysolostomus*, ait Chrysolostomus: *ut amicos quos amas in oculos caros habes, & ad omnem vitæ usum amicos, si ad animam salutem impedimentum afferant, ut amputes, & abijcias*. Hos ergo leprosus fuge, & certum reddere Martialis, quod *gaudios magis* & *Expulsi* minus dolebit. Et quiesco.

ALTERA PARS.

21. *Fuga societatis pravæ plurima pericula evadere possumus*, Id specialiter faxim: a Diopara dicant, volo; Elisabethæ uxor Zachariæ jam per sex menses uterum gesserat, dum à Minerva videbatur: sic perhibet sanctus Evangelista Lucas, *Exurgens MARIA abiit in montana cum gestatione, & salutavit Elisabeth, & facit tertius commemorat*, eam postquam per tres menses ibidem fuisset commorata, ad proprios lares reversa fuisse: *Mansit autem MARIA cum illa quasi mensibus tribus, & reversa est in domum suam*. Janinius Elisabetha jam partui vicina virginem discessisse observat, idque ex verbis Sancti Lucas, *quasi mensibus tribus*, deducit. Sexto venit, & nono necdum completo dum Johannes in locum reddendus erat, abiit. *Verum cum jam partu impetu adesset, discessit ab ea*. Si tam diu ibi hæset, cur non expectat navitatem? quid importaret, si quatuor vel quatuor diebus ulterius mansisset? ei non fuisse negotia magna, quæ reditum urgerent, credo. O abitum mysteriosum! quam primam Elisabeth prolem in locum edidisset, omnes consanguinei, vicini Zachariæ, & Elisabeth de prole mascula congratulanti erant. *Er venerunt cognati, & cognati ejus & congratulabantur ei*. Ac si diceret: dedecet puellam virginem inter tantum concursum commorari: *discessit ab ea*, dicit Janinius; *ut multitudinem affluxerant ad parturiam fugeret*. Non abiit, quasi sibi metueret, sed ut exemplum daret, fugiendi homines, illos maxime, quos non novimus. Idem confirmat Victor Antiochenus? *Rediit MARIA, quia circa Villam Elisabetha partum magna hominum multitudine ad partum Zachariæ ades confuzura erat*. Virgo autem jam eratissima virgineo quadam pudore nulla hominum conspectus declinabat.

22. Patriarcha Jacob in Egypto graviter infumabatur, & dum se moriturum cognosceret, filius quatenus olla in terram Chanaan daret,

terent, ubique sepelirent, iussit: Sepelire me cum  
paribus meis in spelunca duplici, qua est in agro  
Ephraim Hethai contra Mambrein terra Chanaan.  
Cur non voluit tumulari in Aegypto? dicebat  
quidam homo probus, dummodo animae sit be-  
na, ubi corpus sit non curo: Oleaster difficulta-  
tem solvit dicens. Aegyptios fuisse idololatrias:  
hinc nec olla inter eos voluit sepeliri: Audis  
quam mala sit conjunctio malorum, ut non so-  
lum vici, sed etiam defuncti voluit iusti cum  
eis commorari? Si timeant mortui, quid ageat  
vivi?

23. Si ergo conversatio cum pravis sit adeo  
perniciosa, cur non conversaris cum bonis? ad  
hoc hortatur Plato, confuge ad bonorum virorum  
consuetudinem, ubi partim audias, partim tu quo-  
que facias iusto honestaque ab omnibus esse colenda.  
Baillus Imperator filium ad hoc inducens age-  
bat: Si hanc inquit eris viam, ad solida germana-  
que virtutis veros limites brevi pervenire poteris:  
Et Seneca inquit. Satis est cum bonis jaceres,  
quam cum malis vivere. O quam est vita beata,  
agere cum bonis! quis unquam inter tot angu-  
stias deprehendatur, ac bonus latro? peccata cum  
aerofabant, dolores torquebant, conscientia  
mordebat, Dæmones terrebant, infernus exspe-  
ctabat, divina iustitia minabatur, mors invade-  
bat, fluctuans in mari afflictionum ad cru-  
cifixum Redemptorem se vertens petiit suppetias:  
Memento mihi dum veneris in regnum tuum.  
Ego infelicissimus sum peccator mundi, opera  
mea me damnant, contra me caelum, terram,  
ocum, stare video, in oceano meorum dolo-  
rum aliud non testat, nisi an hora spei, ideo  
me tibi commendo: Memento mihi. Sed ille  
Deus, qui solandis peccatoribus semper fuit  
promptus respondit: Hodie mecum eris in para-  
dyso. Hinc neus S. P. August. subintrat, & par-  
ticularum mecum subtiliter ponderat. Primam fron-  
te haec superflua videtur, si divina clementia  
eum enpetere inferno, & donare paradyso voluit,  
sufficebat dicit: Hodie eris in Paradyso. Esse in

Paradyso, & stare cum Deo conjuncta sunt:  
Christus dicere volebat, ne timeas o latro, quia  
hodie te in meum sodalem recipio, hodie dum  
mecum eris, liberaberis ab omni malo, nemo  
te offendet, & omnibus bonis fueris. Hodie, ait  
S. P. Augustinus, mecum eris, ne forte vereris, S. August.  
ne aliquid tibi in isto beato nemore, ne antiquus ille serm. 110.  
latro insidietur; possessio tibi illic me introducens de com.  
firmabitur.

24. Deus Abrahamo sic praecepit: Egredere  
de terra tua, & de cognatione tua, & veni in ter-  
ram, quam monstravero tibi; Obedivit Abra-  
ham, & de necessitatibus sibi providens, suisque va-  
ledicens discessit: Egredere est Abraham, sicut  
praeceperat ei Dominus. Hic facit textus recitet,  
etiam Loth cum comitari voluisse, Et fuit cum  
eo Loth, cui Loth don o paterna, amicis, con-  
sanguineis, opibus relictis voluit comitari Abra-  
hamum? Deus hoc ei non mandavit: an non et-  
go esset melius, ut parceret huic labori, & frue-  
retur deliciis patriae, dubium hoc movet qui-  
dam modernus: Cum tibi o Loth iustum non fue-  
rit patriam deserere, quomodo per rinationi labo-  
riose, & difficili te accingis, quieti & amori paren-  
tum praefers iter arduum? Et idem responderet.  
Impellit cum unius iusti societas, qua parentum &  
amicorum consortio, & utilitati est preferenda.  
Societatem Abrahami amicis, patriae, opibus  
prætulit, id confirmat Lyranus. Voluntarie ma-  
gis volens esse cum avunculo suo fideli, & iusto  
quam cum aliis remanere. Forlan nil esse magis  
proficuum bonum, quam agere cum personis  
bonis, & qui honorem Dei in fronte gestant,  
scivit nec in hoc deceptus fuit. In hoc imitemi-  
ni Loth, & iuterim vobis documentum Theo-  
nidis Philosophi, & Poetae linquo.

Te conjunga bonis, & ab eis plurima disce.

ac itote in pace,



Handwritten notes in the right margin, including the word 'licet' and other illegible characters.

# DOMINICA XIV.

## POST PENTECOSTEN.

Non potestis duobus Dominis servire: Deo & Mammona.  
D. Matth. cap. 6.

### ARGUMENTUM.

Ostenditur quam nociva sint divitiae & quod homo possit illas tenere, sed non debeat illis servire, verum multi sunt, qui pluris illas aestimant quam Deum.

**Q**uales sint proprietates, & conditiones divitiarum, de quibus cum loqueretur Evangelista Mattheus, eas vocat Mammona (quo nomine teste divo Augustino intelligit divitias) tam ex scripturis factis, quam profanis discete poterimus. Et quidem primo eum, qui e visceribus terrae illas eduxit, ubi natura diligentia bona eas recluderat, Boetius acri verborum aceto defricat, & perstringit.

tem alienat, ut fama pecunia, non etiam nocivum delictum. Si Platoni credimus, igitur sunt, qui discordias totius orbis accendit: Omnia bella sunt opum gratia sum, & ab antiquis dives, & divitiae plura sunt hoc elogium retulerunt: Dives aut iniquus, aut D. T. iniqui heres est. Et ideo verificatur atramento la. Mag. cyrmarum, & penna doloris sic scriptum:

Quid mihi divitiae? quarum si demperis vitam, Elp. 1. 15.  
Quamvis largus opum, semper egenus ero.  
Inimicetiam parva est, parvis incumbat rebus,  
Quas cum possideas, est violare nefas.  
Non aliter sitiens vicinus Tantalus undas  
Capax, & appositus abstinet ora cibis.

Boet. de cons. mes. 1. lib. 1. ap. Tob. Mag. p. l. 144. n. 33.

Hic, qui primus fuit ille  
Auri, qui pondera testis,  
Gemmaeque latere volentes  
Pretiosa pericula fodit?

Boet. l. 11. pr. 5.

Suida hoc eas titulo decorat: *Ventosa divitia, hoc est fallaces, & inconstantes.* Possessorem opum Boetius infelicem proclamat; quia nemo potest gloriari, quod in gravia incommoda, & in miserias ab his non sit deturbatus. Divitiae possidentibus per-

Et inter Ecclesiasticos Guillelmus Parisiensis Quod haec sermo consignavit. Divitia cum labore ac-  
quiruntur, cum timore possidentur, & cum dolore amittuntur. Hic contentit opinioni D. Prologi: *Sancti pro-*  
*Deo quas quae laborare volunt, sine labore non qua-*  
*runt, sine difficultate non inveniunt, sine cura non*  
*servant, sine anxio delectatione non possident, sine*  
*dolore non perdunt. Nec non Idiota: Divitiarum ac-*  
*quisitio magni laboris est, possessio magni timoris, am-*  
*missio magni doloris. Sed si clarus qualiterem, cum*  
*opum in jagate velitis, Dionysium Carthuliam. Dignu-*  
*num legite. Fallaces, inquit, divitiae, quae sustin-*  
*entiam quandam promittunt, sed conferre non va-*  
*lent, suoque amatores aeternis et incertis ingruunt,*  
*imo quo plus crescant, tanto magis desiderant in. Al-*  
*corde accendunt, blanduntur enim, sed parumque, ut*  
Et quid aliud poterat expectari, si juxta divitiam, sed si. B.  
T. homan

Quinti. de cla. 9 p. 111.  
Etsi. in epe & dies. 7.

Saepe nocuerunt Quintilianus etiam huic veritati subscripsit. *Multa saepe locupletibus accidunt, saepe in unum decidunt. Ego vidi pauperem auxilia divi-*  
*tiferentem. Sunt velut vas pandorae, e quo obvia*  
*mala scaturiunt. Hesiodus fluxit, sed Ovidius*  
*veritatem dixit.*

Senec. epist. 28.

Effluuntur opes irritamenta malorum.  
Hinc Seneca: *Divitiae inflant animos, super-*  
*biam parant, invidiam parant, & conjugue men-*

Thomam Villanovanum sicut fex, & spuma ter-  
re? Quid sunt divitiae nisi vana de limo metalla?  
aque ut fugiamus eas, pro conclusione sufficit  
doctissimi Doctoris Angelici, qui eas comparan-  
do demoni ostendit, quod non minus nocivo-  
sus sit. Per Mammonam patet intelligi diabolus,  
qui regit divitias, & quasi Deus suus est, non quia  
possit dare, sed quia nititur divitias homines decipe-  
re, unde sicut est spiritus quidam fornicationis, sic  
est spiritus divitiarum.

2. Ex dictis quam perniciosa sint opes inferre  
poteris, nihil loquens tamen adeo est grandis ma-  
litia humana, ut si optio daretur, num famulatu  
Dei, vel divitiarum velit ascribi, libere quod  
mariti servire Mammona, quam Deo, responde-  
ret. Id mundo nil esse charius, & pretiosius divi-  
tiis ostendere vult. Id praefati discursu eviden-  
tibus scripturis videmus, vos me attentione di-  
gemma, ego serviam brevitate & incipio.

PARS PRIMA.

3. Quod divitiae non debeant amari non re-  
cto, sed solum quod aliquis earum servus  
sit, & mancipium, hoc detestandum est; Hinc  
divus Hieronymus Servatorem non dicere, Non  
potestis habere divitias, & servare Deo, sed non po-  
tistis servire Mammona, oblectat. Ergo iis domi-  
nari eas subjicere oportet, & non iis subijci. Pati-  
entia, inquit divus Pater Augustinus, enim divitum  
dominium quisquis servit Mammona. Personae  
praesentes & doctae nullam rationem convia-  
centem invenire queunt, cur homo ita se iis sub-  
jectum demonstret. Hinc ait ille eruditus.

Divitia cum sint irriamenta malorum,  
Cum seculum referant multa pericula, Tabas,  
Cur tamen à curis optantur, curve peruntur,  
Curvamen primum semper in orbe locum?

Ex horum numero non fuit Pythagoras, qui  
interrogatus nam divitias appeteret, respondit.  
Divitias contemno habere qua liberalitate perdun-  
tur, & parvitate patrescunt. Quod Pythagoras  
veritas, id Crates Thebanus factis expressit, dum  
Athenas Philosophiae operam navaturus se con-  
fessus immensam summam auri abiecit, impos-  
sibile ratus se simul virtutes, & opes possidere  
posse. Neque enim putavit se posse virtutes, & di-  
vitiis simul possidere. In ruborem dat Christus,  
qui Deo, & Mammona servare noluisset, necessario  
eum cogatur, vnum odio habere, vel alterum.

Odio Deum, & amore divitias prosequuntur,  
haeque omnium quae possident pretiosiores, &  
chariores censent. Et qui opes possidet, potius  
libertate, quae est maximus thesaurus quem ho-  
mo habere potest, quam opibus spoliari vult.

4. Illud, quod Joannes Saresberienfis scribit  
in memoriam revocare. Ptolomaeo Regi Cypru  
ob ingentes divitias hostes inlidias struxerunt  
& omnimodo eum comprehendere, ut eum iis  
exerent, conabantur; hujus rei certior factus  
omne aurum, & argentum navi inferre, ac per  
foramen in ea factum paulatim monetis maris  
potius injicere, quam ditare suos hostes judica-  
vit. Sed ut ad mare pervenit, ubi eas abjice-  
re decreverat, non sumpsit spiritus abjiciendi,  
sed vela ac proram vertens ad urbem rediit, judi-  
cavit namque (si aliter fieri non posset) potius li-  
bertate exui, & hostium jugo subijci. Nam cum  
anxiis foribus magnas opes Ptolomaei corripisset  
de nugis propterque eas periturum se videret, & ideo omni curialium  
pecunia imposita navibus in altum processisset, ut  
1.3.2.15. classe perforata suo arbitrio perirent, & hostes praeda  
sol. 534. carerent. Non sustinuit mergere aurum, & argen-  
tum, sed futurum necis sua praemium domum re-  
vexit. Hic sane non Dominus, sed opum manceps  
fuit: Procul dubio hic non possedit divitias, sed à di-  
vitiis possessus est. Sed ne mihi objiciatur, quod  
à particulari ad universale, non valet consequen-  
tia, particularibus constringere me nolo.

5. Deus saepius Pharaoni, ut populum Israe-  
liticum ex Aegypto liberum dimitteret significa-  
vit. Nebulo ille saepius jussis caelestibus refracta-  
rius fuit. Denum supplicis aarum, locustarum,  
muscaram, pestis, plagarum constructus, eum  
libertati restituere decrevit; Moysen ergo &  
Aaron advocavit, iisque cum toto populo abi-  
rent sacrificatum Domino jussit. *Ue, sacrificatis* Exod. 10.  
Domino; Sed pecudes & armenta in Aegypto  
relinquant, vult. *Oves autem vestra, & armenta*  
*remaneant.* Sed si discessum, & sacrificia indul-  
geat, cui bestias conducere vetat? & quomodo sine  
animalibus sacrificent? Abulensis responderet. *Pha-* Abul. in  
*rao non dicebat hoc; quia intendere Hebraeos dimit-* Exod. cap.  
*tere sub hac intentione ad sacrificandum, sed volebat* 10. v. 15.  
*experiri, an vellent recedere totaliter de Aegypto, vel* fol. 115.  
*solum ire ad sacrificandum: nam si ipsi intenderent* col. 1. lit. C.  
*ire ad sacrificandum solum, & postea redire, non mul-*  
*tum curarent, an armenta secum portarent, vel di-*  
*mitterent ea in Aegypto suis pastoribus custodienda.*  
*Si autem in Israelita, quod vellent secum cuncta*  
*pecora deducere, satis constabat, velle eos recedere de*  
*Aegypto.* Verum quidam modernus opinatur, Pharao-  
nem

liberab

quae juxta Chrysolomum potius letari dede-  
bat, non parum miror. Magis de auditu illo gau-  
dere deberat, quia Rex Judaeus surgere dicebatur.

Plures causas hujus rei Scriptores facti afferunt.  
Idem sanctus. Turbabantur, quia de adventu  
justi non poterant gaudere iniqui. Glossa. vo. Gloss. ib.  
Iens illi favore, quem timebat, populus enim plus  
justis fovet, qui crudelis sustinet. Sanctus D. Thom.  
Thomas, Timebant ne Herodes hoc auditu amplius in c. 2.  
deserviret in gentem Judaeorum. Sed reliquis om-  
missis solam expositionem Carthusiani maxime  
et rema facientem adduco, qui turbationem  
tribuit malo exemplo. Turbatus Herodes, &  
consequenter omnis Hierosolyma cum illo: multi  
quoque turbantur, quoniam Herodi applaudere, at-  
que facere dolabant, conformantes se Domino suo,  
quia ut dicitur in Ecclesiastico suo, secundum ju-  
dicem papam, sic & ministri ejus, & qualis est re-  
tor civitatis, tales & inhabitantes in ea. Ex quo  
innascitur quam periculosius, necivis quoque sit timi-  
gnus, utipaque praelatus.

17. Nabuchodonosor statuam maximam  
ex auro purissimo erigendavit, & dein edicto  
publico omnes Nobiles, Principes, titulos,  
satrapas convocavit, ut statuam adorarent: Mis-  
sit ad congregandos satrapas, magistratus, iudices,  
duces, Praefectos, omnesque Principes regionum.  
Verbo: dempta plebe, omnes honeste condi-  
tionis citavit. Si ab omnibus voluit statuam  
adorari, cur etiam nos invitavit plebem? re-  
spondet sanctus Hieronymus: Principes, & Ma-  
jores congregati sunt, ut per eos seducantur mino-  
res, & sanctis magistratibus, subditi perirent  
exemplo majorum. Nisi Saul prius lecto  
tranxisset, ejus armiger in montibus Gelboe se  
etiam non occidisset: Quod cum fecisset, armiger  
ejus fecit similiter. Et ut testatur Carthusianus:  
Occidit utaque se, ut se suo Regi conformaret.

18. Ideo Praelati, specialiter parentes  
valde cauti esse deberent, ne filius malum ex-  
emplum praebent, quia potius imitentur re-  
gulum Evangelicum, qui credens Christo, suo  
exemplo totam familiam convertit. Creditus Thom. de  
ipse, & domus ejus tota. Qua in re videtur licet, Trugilla.  
quantum parentum exempla apud filios valeant, ibid.  
ita enim natura comparatum est, ut pro lege acci-  
piat liberi quicquid in moribus parentum animad-  
verterint.

Plutarchus hoc monitum parentibus dedit.  
Ante omnia debent parentes: nihil peccando, om-  
niaque pro officii rationibus agendo, evidens se se  
liberis exemplum praebere. ut in istorum vitam  
tanquam in speculum intuentes, a turpibus dictis,  
factisque avertantur.

Plus in  
opus r.x.  
fol. 22. A. A.

Hierosolyma  
Hierosolyma  
Hierosolyma

Erras d pater familias, si filium tuum credas Plaut. in virtuosum, cum tu sis perverfus; Probum esse patrem oportet, qui natum suum esse probiorem, quam ipse est postulat.

19. Communiter ex malo exemplo parentum oritur ruina prolium. Vate Eliseo ad montem Bethel pergere, magna caterva puorum urbe egressa est, & Eliseum iriserunt, & cacinis exceperunt dicendo: *Ascende calvus, ascende calve*. Bile est inflammatus, non quod agre ferret illam derisionem, sed quod pueros vix verba, & gressus formare valentes tantam malitiam imbutos videret. Frangere se non potuit, quin eos ditis devoveret: *Qui cum respexisset, vidit eos, & malodixit eis in nomine Domini*. Sed quid evenit? *Egressi sunt duo ursi de jaltu, & lacera verunt eis vis, quadraginta duos pueros*. Revera res mira, quod pueri vix potentes loqui ita profecerunt in malitia, ut verbis, & factis injurias conjiciendo in vatem magistri sint. Sanctus Justinus martyre id pueros didicisse a parentibus asserit. Hinc permittit Deus ut parentes imitentur, & sic a fetis occiderentur, & parentes ob eorum necem torquerentur: *Cum ea verba pueri a parentibus suis, qui semper in prophetam infesto animo erant, didicissent: idcirco Helisus eade liberorum, parentes castigavit.*

20. Doles te habere filium, qui est sentina vitorum, ex cujus ore non audis, nisi maledictiones, verba inhonesta, blasphemias, qui est lufor, dissolutus, & datus in reprobum sensum. Intra cortuam, & te ipsam accusa, quod tuo exemplo eum docueris. Deus permittit ad tuam castigationem, ut malum finem habeat, nempe quod occidatur, vel a magistratu castigetur. An forsitan vis oburgationibus, & verbis proles emendare? an non tibi respondebunt, se a te esse instructos, & pro emendatione tibi obpicient, te magis esse reprehensione, & *Plur. ubi verbenbus dignum? Etenim, ait Plutarchus, qui peccata filiorum increpantes in sin eadem prolebumur vitia, si se non sentirent sub illorum nomine semetipfos accusare. Quorum verba tota vitia turpis est, ut ne servos quidem oburgandi libertatem sibi relinquunt, neque filios. Quod dixi de patribus, de matribus etiam intelligi volo. Hinc si hactenus malum exemplum dedistis, emendate vos, & quieto.*

Infin. mar. l. 80. ad orib. doxes.

Plur. ubi supra.

21. Considerantes legitur, quam nocivum sit pravum exemplum, hanc legem habent: *Quamvis aliquid de se non sit malum, si tamen res sit malae exempli, ferimus debet. Exemplum est facundissimum in peccatis deo, necesse est eloquentia illi par, ejus virtus cedat facundia. Tullii, & Demosthenis, & plus valet in caetera empla ad movenda corda, quam flumina verborum. Magis movent exempla quam verba, dicebat Aristoteles. Et id expresse docuit Poeta Pontico scribens:*

*Tolle tuas monitus, & verba diserta; moventur Exemplis multum, Pontice, voce parum. Namque loqui facile est, summi ar fesse laboris. Si cupis audire, quae loquor, facito.*

Et inter Scriptores factos primas fect sanctus Bernardus: *Sermo quidem curus, & efficitur. Dicitur exemplum operis est: Plurimum faciens iustitiam, tunc quam intendimus, quod dicitur, dum monstratur sibile, quod suadetur.*

Huc opinioni consentit Guilielmus in illud Cantici: *Manus mea distilla verum myrrham. Quid est? Ubi sic ait: Plus enim exemplum loquor, quam admittiones verborum movere solvi. Sine com- paratione exempla sive bona sive prava efficiunt. Ora sunt ipsis orationibus, quantumvis eloquentissimis. Diserte id testatur sanctus Papa Leo: *Valdiora sunt exempla, quam verba, & de plenius opere docetur, quam voce.**

22. Hanc veritatem docere voluit doctus vator his verbis a sancto Mattheo conscriptis: *Qui autem fecerit, & docerit, hic magnus erit in regno caelorum. Observevnt modum loquendi. Primo dicit, qui fecerit, secundo qui docerit. Voluit ostendere, duplici modo trahi homines. Faciendo, & docendo. Antepone exemplum velut efficacius in persuadendo, quam sit Rhetorica totius mundi. Hinc Chrysostomus: *Vide quod opus praeparatur, & postea doctrinam. Errat o est, quia voluit in regis appetit illud, quod et monstratur ab oculo, quam ab auro. Id dicitur a Chrysostomo: *Necrum considerantur ea, qua de nobis dicuntur, quod a nobis aguntur. Et ut scias rem se in a habere, licet in finibus tantum philosophemur verba, sic in tempus fuerit operibus non demon frons sua tan-***

nam videretur verba, quantum nocent opera. Non nego verba, & doctrinam multum posse, nuca terrenae velot tuitu, nunc consistant velut fulmina, nunc movent ad indignationem, nuca hinc ad pietatem, nunc animos pacant, & recreant Sed quid fuit respectu exempli boni, & mali? Caterum si hanc verborum vim cum ratione exemplorum componas, nihil omnino esse repugnans. Verba sunt cuiusdam interpretis in Ecclesiasticum.

21. Hoc contorbo una scriptura. Damon intrat paradysum terrenum, & ut Evam seducat, inquam instrumento utitur in sexuoso serpente omni animalium altitissimum, & pravissimo. Intra plantam mille anfractibus se girat, & intet fiondes, caput exertens, quid non dixit, ut Eva comederet ex illo fructu vitrosi quibus verbis Rhetoricis non est usus? quam faevudiam non adhibuit? quae promissa non fecit? suavitatem divinitatis illi proposuit. Nihilominus memoria praecipit divini, & timoris mortis erant duo fixa, quae coerebant appetitum sensitivum, ne transiret fines a Deo illatus. Praecipit nobis Deus ne tangamus ne forte moriamur? iuvenis ergo infernalis bis a feminâ fuit repulsus, & caro illi conlucit, quoque illam ad dedicationem cogeret. Demum post divinum huc tam fructum decerpit, comedit, & peccavit. Tulin de fructu illius, & comedit. Patem pomit referavit, maritum quae fuit, carnemque illi dedit, quam etiam sumpfit. Dedit viro suo, & comedit. Hic vos cupio attentos auditores. In nota sacra scriptura nec verbum lego, quo Eva suscipit marito ut comederet, nec similiter invenio, quod Adam resistit. Cur Eva ejus dulcedinem non extulit, vel dicit, ego comedi, & tamen adhuc vivo, nec tu mortis, sed aeternaliter vives, & io Deum murabaris? nihil dixit, sed absque ullo verbo illud ei dedit. Dedit viro suo, & comedit. Ad minus Adam aliquatenus obavit debebat, & allegare, vel prohibitionem Dei, vel gravitatem cultu, & vel rigorem poenae. Estne possibile quod ita resistit Eva? penit, nec Adam ullo modo uxori?

24. Ut verum fatear, nec per capillum miros. Ut femina moveatur, & ad peccatum inducatur, sola verba adhibentur. Sed Eva manus fructibus plenas habebat, in sinistra manducabat, dextra vero offendeat illos marito. Ubi adest exemplum, innotuit sunt verba, ideo non dixit accipe, manduca, dulcis est fructus, &c. sed dedit viro suo, & illa sine replica comedit. Si serpens etiam com-

didit, sine verbis pellexisset facillime foeminam. Ut enim ait Cyprianus: Efficiatius est vita, quam lingua testimonium, habent. & opera suam linguam habent suam facundiam. Et doctissimus interpret librorum Regum hanc scripturam observans ait: Vehementior est tentatio per malum exemplum, quâ per verbum sua forium: unde, quod Diabolus vix per iustis, subtiliter argumentando persuasit Eva perperam operando.

21. Sed si ad hoc nocivum sit animabus nostris exemplum peccati, ratio utilis erit exemplum poenae, ut a peccatis abstinemus. Cur Deus neci juxta meritum peccati non destinavit Cain, sed ei vitam concessit, & minatus est, quod omnis qui occiderit Cain, punietur septuplum: varia responsa adducere possem. Sanctus Ambrosius. Differunt interim severior poena, ut tauri facinorosi auctorem divinus tractaret lenta sententia, & fieret poena divinitate longinquior.

Thomas Angelicus. Deus per suam misericordiam peccatores exspectat ad veniam, vel poenitentiam, unde ipsum Cain non ita cito voluit mori, ut hoc tempus haberet poenitendi.

Sanctus Philastrius Episcopus Brecienfis. Per patientiam Dominus tribuebat bonitati suae indulgentiam copiosam, ut iam desinente sceleris honorum operum fructuositatem sequeretur. Oleatlet. Deceatur hic non addere afflictionem afflictio, neque esse molestandum, quem videmus a Deo, aut ab alio puniri.

Sed praeter omnibus placet responsio Divi Joannis Chrysi stomi, Deus voluit ipsi vitam donare, ut reliquis esset exemplum, ne simile peccatum committerent. Et sane, qui eum vidisset semper profugum, & tremementem. An non dixisset, eavendum est mihi a simili delictis, ne iudea miseris, & supplicis involvi velim? sic os aureum: Nequam ita fiet, relinquam te posteritati magistrum, ut tui spectaculum illi sit admonitio, & castigatio nullius, exemplum tuum sequebatur. Ipsi in toto vita sua de curia resolutio nervorum posteritati utilis erit, & id quod solus nullo praesente operatus es hoc dicant omnes, qui gementem & tremementem videbunt, & quasi per corpus tremorem clamantem, & omnibus clamantem, & omnibus dicentem, nullus talis gaudens, quali ego, ne in eandem poenam incidat.

Ergo fugite exempla pravorum, & imitamine actiones bonorum, sic non eritis exemplo, ut alii castigentur.

Incipit pace.

D. Cypria. lib. de du-

pl. c. Mari-

Franc. Mend. de exemp-

Gen. c. 4.

D. Amb. l. de poen. c. 4

Thom. Angli. b.

D. Philast. lib. de her. cap. 51.

Oleari. ib.

D. Ioan. Chry. hom. 29.

Handwritten notes in the right margin, including the word "licab" and other illegible characters.

# DOMINICA XXI.

## POST PENTECOSTEN.

*Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: & tradidi eum tor-  
tibus, quoadusque redderet universum debitum.*  
D. Matth. cap. 18.

### ARGUMENTUM.

*Ex ista culpa Deus flagellum pœnæ format, ex originali copia peccati vindicta imitatur  
figuram, & iuxta gravitatem culpæ, percussit qualitas flagelli.*

**A**dagium habet: *A. Chi mal fa, mal  
ha, qui male agit, malum habebit. O-*  
mnis nodus reducitur ad peccatum.  
Crebro gabella, ac fraus circa il-  
lam commissa percolitur, dies erroris est  
dies pœnæ: qui agit quod non debet, illi  
obvenit, quod non credit: quò magis in-  
veteratur peccatum, eò magis instauratur pœni-  
tentia, juxta illud: peccatum vetus, pœnitentia  
nova. Quor noxas patrat homo, tot hostes  
in se armat. Et via, quæ ipsi referat media ad  
culpam, eadem pandit præcipitia ad pœnam.  
Quidem verum est, quod Deus non solvat quo-  
libet sabbatho, sed dein simul omnia diluit: ea-  
dem monet rationem solvit, è panno culpæ, ve-  
stem pœnæ parat, & ex instrumentis nostrarum  
culparum virgas flagellorum aptat. *Vnde est  
fons peccati, illinc est plaga supplicii. Os autem  
autem: quæ sunt oblectamenta hominis peccantis,  
sunt instrumenta Dei pœnitentiæ, vel pro modo per-  
versitatis sua uniuscujusque erroris pertinacia pu-  
niatur.* allerunt Divus Patet Augustinus. Pleram-  
que perverse menti ipsa sua culpa sit pœna, affirmavit  
Divus Gregorius: *Fuunt instrumenta pœna-  
rum, quæ erant oblectamenta culparum; scripsit  
Dionysius Carthusianus Per ea quæ quis peccat,  
per ea & punitur.* conclusit Sapiens. Oculi for-  
mæ Dalilæ cœdi Sampsonis eum amorem sibi  
non esse proficuum nuntii erant. *Hanc mi-  
hi accipe, quia placuit oculis meis.* Sed &  
primi, dum Philisthæi: *Eruerunt oculos meos,*

D. P. Aug.

D. Greg.

D. Dionys.

Carth. de

med. sent.

av. a. 19.

1ud. c. 14.

1ud. c. 16.

Pœnam in eum derivant. Adonitides  
septuaginta lictatis regibus, quos prælio ecy-  
rat, manus & pedes præcidit, & postea eadem  
moneta sibi repentum esse confessus est: *Sicut  
ego feci, ita reddidi mihi Deus.* Comam,  
quam ambitiosus Absolon contra omne fasti-  
dum patri suo redimere volebat, instrumenta  
& carniſices suæ infelicitis necis facta est, dum à  
vento agitata ramis quæcus impere fuit, ac non  
fugientem alligans, in acrem pensulum egre-  
maque apprehensum, quousque capitaneis Job  
accurreret, qui tribus ictibus haste eum transsi-  
it, detinuit. *Coma arboris ait Chrysolomus, tene-  
bat coma tyrannum, ibi enim contumens ubi diu-  
ma paterum gestare contendebat.* Sed quid ex-  
empla emendicamus, dum opportuna in hodi-  
no Evangelio ab Ecclesia præsentantur. Servus  
ille iniquus se crudeliter exhibendo, dum cooler-  
vum tantum decem talentorum debitor, vinctis  
constringeret deliquit: *Tradidit eum tormentis,  
donec redderet debitum.* Sed eadem pœna à Do-  
mino involutus fuit: *Tradidit eum tormentis,  
donec redderet universum debitum.* Tantum re-  
quirebatur, ut divine justitiæ satisficeret. *Prout  
quis delinquit, ita debet puniri.* Ac alibi decretum:  
*Vnusquisque pro crimine quo fuerit depridendus, mar-  
tum congrua severitati excipit.* Quod etiam in  
cui canones stabilierunt? *Sicut premium debet  
correspondere merito, ita pœna delicto.* Hinc dicitur de  
Alicumus hujus setivi calligacionem oblat-  
vans ait. *Fortasse ipse non audivit, nisi si audivit.*

qui, non intellexit & parvipendendo neglecti, quod abbi Dominus ait, eadem quippe mensura qua mensuraveritis, remittetur vobis; estote ergo misericordes sicut & pater vester misericors est. Nihil condelemnare, & non condemnabimini, dimittite & dimittetur vobis. Quicumque misericordiam non habuerint, ipsi quoque sine misericordia cruciantur. Similiter Sanctus Anselmus: Magna quippe arie magisterii traditus est in pacem cui sponte subiectus est in disciplinam, ut qui auferat ad vitium, ipse flagellum feret disciplina. Ego in praesenti discuta a Deo ex idæa culpa facti flagellum pœnæ, & ex originali copia erroris formam castigationis imaginem, ac juxta gravitatem peccati esse qualitatem flagelli videbimus. Misit enim in carcerem; tradidit eum servibus; Vos interim per spatium horæ silentium attentionis carere concludite, ac incipio.

PARS PRIMA.

Tradidit eum tortoribus, quoadusque red-deret, &c.

2. Nter alia decreta in tribunali justitiæ puni-turæ stabilita unum est, quod culpæ pœna contempnenda, Alexander Severus aulicum, qui omnia repta acceptabat, sed pro futuro cuncta promittabat, sic tamen, ut promissa in fumos abiret, nec ullus voti compos fieret, fumo enecavit, hac epigraphæ verticibus inscripta, Fumo peccat, qui suam vendidit. Brabides castrensium ferro, quo vulneratus fuit, vulnerantem occidit: sic refert Phocarchus: Educho à corpore suo telo eodem confodit eum, qui miserat. Cambilen nimis severum cen-sens, quod judicem quandam ob justitiam non recte admittit, & ob accusatos, qui reinventi erant, non punitos, excoriati justitiam. Sed cor non potius eum, capite autem trabem agi voluit? dicunt officium agens judicis, multos inopes excoriat, dum opibus omnibus eos expilavit, hinc hic Judex Sifames vocatus excoriati meruit. Cambyses Perlarum Rex ex idæa culparum, pœ-næ fabricandum esse opus docere voluit. Hinc de hoc Rege, qui tam justam, ac providam tulit sententiam, quidam vates Hispanus sic cecinit:

El qual mandó qui unívez se desolasse  
Fron por que á los vívos desollará,  
I su put en estrados se clavasse.

Constantinus Imperator, filius Irenæ Augustæ, se-vitiose contra nobiles, his oculos erucendo dele-ctabatur, sed mater in eum concitata, vicem ra-tionis ei reddidit. Leo quartus Imperator pur-puro genitus, hoc est in purpura natus cognomi-natus, gemmis mire afficiebatur, ita ut anno qua-to suæ tyrannidis Constantinopoli templum Sanctæ Sophiæ invaderet, ac imagini cuidam diademata suppetet, sed paulo post infirmatus ver-ticem apostematam carbunculorum cioxerunt. Hic in memoriam mihi redit, quod de quodam caudifico Carpautio Verio quidam eruditissi-mus poeta scripsit.

Est ven adulterii conjux à conjuge facta  
inq; Tholojano casu dirempta foro  
Causidicus Macha partes Carpautius egit.  
Astor (si memini) Boderianus erat.  
Iudice certatum est Vltimo quo casu mariti  
Iusta licet peior lege reperta fuit.  
Dicta lite domum pergit Carpautius, ut rem  
Vxori narret prosinus ille sua  
In simili uxore, sed crimine re perit; ô tunc  
O clamat lingua, jam fero damna mea.

Episcopus ille Arrianorum Olimpius impie-tate nequior, in publico foro tres personas facti-lege blasphemis petiit, & tribus sagittis percuti-tur. Cui scribit Paulus Diaconus Trinitatem publicè blasphemaret, viribus justis jaculis, tanquam fulminibus consumptus est anno Christi 510. Joannes Zvinglius catholici fidei hostis, dum vi bel-licâ arcem non procul à Bruxellis sitam, ubi erat imago refugii Dei paræ, occupat, elatus severè di-xit, Ego meus manibus Hallensium muliercula, sic ima-ginem Mariæ vocabat, majum abicindam, sed re-meritatis pœnam luit; nam intranti, glans plum-bea nasum absumpsit. Reverta certissimum est a-pud justitiam, quod Pœna est mensura delicti. Vel ut scire Heliodus scripsit.

Qualis vir parat, talis manet exitus illum.

3. Hunc modum castigandi à principio mundi Deum cum ipsis creaturis irrationabilibus exercuisse puto: Postquam serpens Evam tenta-ret, Deus illud scelus hoc supplicio punivit: Terram comeditis cunctis diebus vitæ tuæ; sed cur non vult Deus, ut velcatur canibus, herbis, vel frugibus terræ: Moyses Barcepha hanc cau-sâ dat, quod homo ob peccatum in pulverem sit trans-formatus: In pulverem revertetur, meitò ergo

Apud  
Torise lib.  
6 f. 258.  
Io. Vulrei.  
Rhem. de  
Carpautio  
causidico.

Paulus  
Diac. lib.  
16. in Ana

Cornel à  
Lap. c. 24.  
in Lev. v.  
14 f. 144.  
col. 2. l.  
sancimus.  
ff. de pecen.  
Heliodus.

Gen. 3.

omn

Barcepha  
p. 1. de pa-  
rad.

omnialio victu privatus, pulvere: & terra susten-  
tatur, In pulvere re-egressi primos parentes, pul-  
vere regitur vesceris tota vita. Sed meus sanctus  
Pater Augustinus subtilius hanc rem observat,  
ego eius doctrinam innoxius hanc questionem in-  
fruens occasione fumo. An scitis animal esse  
in orbe, quod verbis capituraves visco, ac rebus,  
animalia glandibus, quae e tormentis metallis  
profunduntur, pulces hamo, esca, nassis capi non  
nescio. Sed serpens non nisi energia vocis capitur.  
Incantator ad campum se confert, ac in plantis  
prati consistens, virga multos circulos in terra for-  
mat: verbis incantantibus intra se mullat, &  
serpentes, ut virge iussionibus parant, vocat, &  
illo e cavernis subilando, spumando, ac siltulan-  
do prorumpunt, vane ad terram se quatiunt, nunc  
caput erigunt, nunc circis illis, quos incantator  
sua virga formavit, se ingerunt. Ad hoc propo-  
situm regalem vatem dum dixit Sicut aspidus sur-  
de obturantis aures suas, allusile credo. Atque  
ut interpretatur Remigius Antiodorensis: as-  
pidus enim ab incantatore de tenebrosa caverna in lu-  
cem evocatur, retusans audire voces, quibus se co-  
gissent, alludu unam aurem terre, & cauda ob-  
turat alteram. Hinc clare serpentem verbis capi,  
& incantari deduco. Sed cur hoc animal pie ab his  
huic infortunio subiectu sit: caula in promptu est.  
In principio mundi incantationib. verbo: u a ser-  
pente mulierem circumventam, & captam, dam-  
esu fructus ei detratem pollicitus est, recordemini.  
Dixit ad mulierem, eris sicut Dii scientes bonu  
& malum. Juxta legem talio supplicii in eum de-  
cerni debuit. Dignum est fraudem in suam aucto-  
rem retorqueri. Lex enim sic statuit: Dolus cum do-  
lo componatur. Ne ergo & serpens miseram tuam  
fortem deploret si verbis formidam incantati,  
iisdem ab homine incautaberis. Et quia a princi-  
pio adduxi meam Patrem sanctum Augustinum,  
credo quod curiositate ejus doctrinam audiendi  
moveamini. Audite ergo eam: Divina consilio sit,  
serpentes magis moveri carminibus hominum qua  
ullum aliud genus animalium: etenim non parva  
res significatio est, naturam primitus hominum, serpentis  
seductam esse colloquio.

Pf. 57.

Remig.  
Antif in  
ps. 57. r. 9.  
Bibl. vet.

L. 1. in sp. C  
de his qui  
ante aper-  
ta hered.  
trau. L. de  
uno ff. sol.  
ma. ff. l. si  
ambo. ff. de  
comp. ff. l.  
si duo ff. de  
dolo. D. P.  
Aug. lib.  
11. in Gen  
ad lit. c. 18

Gen. c. 3.

4. Si ergo divina iustitia haec polittiam usur-  
pet cum creaturis irrationabilibus, ut a culpa idem  
pocnae former, quomodo a poriori id non ag-  
git cum homine ratione pradioa sup. l. cio ser-  
pentis ad vindictam in protoparentes latam tranf-  
camus: Multiplicabo erummas tuas, & conceptus  
tuos in dolore paries filios, sub viri potestate eris, &  
ipse dominabitur tui. Haec pocna foemina: quam

triplicem esse obfero. Prima consistit multi-  
plicatione miseriarum, & calamitatum, altera in  
parrutione prolium cum dolore. Tertia quod  
viro subit, ac subijciatur. Recur miseriam foemina  
triplici flagello involvitur non nom, quod pav-  
itate sua intensiva, & extensiva illa tria aequat,  
repetere poruit: scelus adeo fuit grande, & ex-  
cessivum, ut supplicia multiplicata, ac triplicata  
numero tantum costringi debuerit: quococas  
Eva commiserit videamus, & solutionem habeb-  
imus: Serpenti potius quam Deo hunc altissimam  
fallacem, illum vtracem, credidit: Morieris ait De-  
us. Non morieris replicat serpens. Sit dium vana im-  
mortalitatem velut Deus se adeptu sperans. Tu-  
lit de ligno & comedit, majorem serpentis quam di-  
vinae majestati se adhibere fidem demoustrat. Se-  
cundo legem eius fructus a Deo vetiti violavit.  
Tertio manit in idem scelus traxit. Numerum  
ergo culpa: Deus numero poae venietri voluit.  
Sic Rupert. Abb. Mulier triplicem toram habuit,  
quia peccati quantitas triplicem quatuor vultus. De  
de triplici peccato, triplex quoc, vultus, prae  
communem sibi cum viro mortem redidit est.

5. Nunc qualiterem supplicii, quo plexus est  
Adamus ponderemus. In sudore vultus tui vivis  
ris pane tuo. Tu & Adame moneta locorum pa-  
nem comparabis, cibi cui condimento laborum a-  
marefcent. Cur hanc potius quam aliam in eum  
fulminavit poenam scire cupio. Inadat quidam  
moderans. Cur hanc potius poenam, quam aliam  
impofuit? Nam in impositione poenarum est adpo-  
ratio, cur potius haec, quam illa imponatur: Cum  
Deus non agat fortuito, sed consilio, id huc iud-  
damento non contigisse dicendum. Ejuudem rei-  
iam est animi Divus Pater Augustinus: Nupre  
nim nos frustra in primo peccato nostro poenam ne-  
cepimus, ut in sudore vultus nostri panem man-  
cemus. Divus Eucherius Episcopus Lugdunensis  
per hunc panem sanctissimum facramentum al-  
taris a Christo sub speciebus panis institutum  
intelligit: illum intulisse voluit poenam, quia de  
caelo descendisse testatus est, qui deo vultu man-  
dit. Hunc ergo panem cum maximo iudore, & poena  
sententia satisfactione accipiunt poenitentem. Actum in  
confirmat Divus Justus Origenianus: Non enim  
qui vitio quodam, vel opere meritis reprobatur, Deo  
sed illius panis qui de caelo descendit, cum cito per-  
veniant, sed qui sanctis laboribus torquatur, ex-  
vint. Responda horum gravium Doctorum  
venetor, sed doctrinae Divi Thomae Angelici ad-  
herco. Nam e nostro proposito ad solvendum  
difficultatem dictam audite. Ista poena sibi poena  
com.



compta quia de ligno venio gustavit delictiose, ideo debet revivere laboriose quia cum peccata si medicina munda contra culpam, & remedium si in culpa sua libenter delectatio in peccato debet esse laborio-

6 Sed ad supplicium precipuum mortis, quod Erum, & Adamum noque omnes ab his descendentes involvi venimus. n. quacunque hora commorari ex eo morte morietur. Quid supplicio mortis, cum qualitate culpae: au locum in armamentario justitiae divinae poenae morte leniores, vel graviores decernant? veritas Theologica est peccatum consistere in aversione a Deo, qui est bonum omnium mutabile, & in aversione ad creaturam, qua est bonum commutabile. Ac ita doctor Angelicus, & omnes alii docent. Et in quo consistit mors? In aversione, & conversione, avertitur anima a corpore, & convertitur corpus in cinerem.

7 Deus ira ex altissimis orbem clivione universali mergere decrevit: Repleta est terra iniquitate, omnia caro corruerunt viam suam. Ecce ad ducam aquas diluisti, ut interficiam omnem carnem. Executus voluntatem suam se accingit, cataractas imminensas coeli aperit, & orbem totum aquis haurit. Hanc poenam sacra historia quaedam agitatalem fuisse affirmat. Factumque est illa die quadraginta diebus super terram. Sed cur non duravit minus, vel plus? Deum unico in illam totum orbem aquis ablatare potuisset si ita libenter jam scimus, & si in tempore illud fieri voluisset, poterat pauciores dies adhibere, ac undecim terram mergere. Cur ergo praecise quadraginta diebus supplicium voluit? factis faceret divitiae justitiae tot dies adhiberi debuisset, sanctus Aldo Viennensis respondet. Numerus quadraginta ex quatuor, & decem constat: nam decem quater repetita constituunt quadraginta. Mandata in quatuor partes secatur, Asiam, Aethi- cam, Americam, Europam, ac quatuor haec partes decem praeccepta violaverant. Ergo ut poena commensuraretur culpe: Factum est diluivium quadraginta diebus. Haec sunt verba sancti: Quod quadraginta diebus, & quadraginta noctibus plu- via aqua imensis ventus peccatorum in decem praec- cepta legis admittitur per universum orbem terra- rum, qui quatuor partibus continetur.

8 Severum, & atrox fuit alterum supplicium, quo Deus impias urbes Pentapoli non clu- sione aquarum, sed ignis, ac sulphuris absumpsit. Pentapoli dicitur, & ignem de caelo. Ignem sulphure mixtum? quodnam est hoc insolitum? si Deus ad cinerem usque illas urbes, ac cives

annihilare voluit, solus ignis sufficiebat: Cur ergo & addendum sulphur? hic Cardinalis Cajetanus responderet, quod praeter naturalem rerum cursum miraculum operatus est Deus in puniendo iniquos, ad differentiam naturalium cau- sarum naturali ordine concurrentium ad generan- dam ignem, & sulphur oppositum a lehorva. Et Salvian. Salvianus in gehennam, qua in futuro datur iudi- cio, etiam in hoc saeculo sustinetur. Bona respon- pro vid. sa, sed omnium optime satisfacit responsum Abulen- sis, cui etiam Albinus ac Rupertus ad- haerent: Sulphur, ait Abulensis, facit cum ardet, quia tale vitium scitidumimo omni fectore fectidi- us, quod natura humana exhorreere debet; vel sulphureo igne puniuntur, ut putidissimus libidinis ardor putidissimo flammamarum ardore puniretur. Et demum Rupertus Abbas concludit: Qui car- nis fectorem suscipiant ad caelum, recte de caelo fectorem, vel ignem fectidum receperant. Ad idem sub- jectum, & idem propositum Rhetor autem alium conceptum format; Cum ignis velut thús naturaliter ascendat, demitatur, cur Deus e caelo in terram illum depluat? quomodo ergo contra naturam suam descendit peccato poenam correspondere Deus voluit: Erat iusta retribu- tio his, qui naturae subvertent leges, feminas in masculis quarentas, ut invertatur in eis ordo naturae. & fuit naufragium ex igne quasi ex aqua.

9. Justus Loth cum uxore, ac tota familia jubentibus sic Angelis e civitate ad montem Se- gor, velut ad asylum se contulit, insuper ne ullo modo hoc in itinere constituti oculos in ur- bem retrojicerent, Angeli praeciperunt, Ne respicias post te regum. Subito atra caligine caelum obfuscari, inter horrores fulgura micare, inter te- nebras splendescere fulmina viderunt, per aerem tonitrua strepitantia reboare, sagittas fulminantes pertrepere, ac horribili fragore, sulphure mixtam grandinem decideret, ac flammis agminatim, & densatim velut phalanges irruere audierunt. Tur- res deiecebant, muros quassabant, superbissima aedificia funditus everterunt, machinas prostra- verunt, pyramides solo aequarunt, flumina absor- bebant, homines devorant, animalia in cineres se degenerunt, ac in carbones duriores petris, ac firmiores acervis reduxerunt. In se evaginato domi- nabatur justitiae, & victorias vindicta sumebat. Nihil curiosa uxor Loth oculos in hos sumptos succellus coniecit, & subito immobiles haeruerunt ejus plantae, juncturae fuerunt induratae, carnes un- t congelatae, membra induruerunt, obriue-

Card. Ca- jet.

Rup. Abb. lib. 6. c. 11.

D Chry- sto in his, qui naturae subvertent leges, feminas in masculis quarentas, ut invertatur in eis ordo naturae. & fuit naufragium ex igne quasi ex aqua.

Gen. c. 19.

Gg runt

Handwritten notes in the right margin, including the word 'licab' and other illegible characters.

runt ossa, in amaram falsedinem mutatus est sanguis, unico momento à capite ad calcem usque tota impalluit, labra ac liogquam ad profundos accensus, & mariti auxilium in clamandum movit, sed lingua, & labra induruerunt, verba detrancabantur & en femina *versa est in statuam salis*. Quod peccatum hujus feminae supplicium promeruerit non dubito. Sed cur à divina justitia mutata est in statuam salis? cur non mutatur in linguam, petram, aut terram, vel aliam materiam magis communem? varia responsa ab exponentibus hujus loci adferuntur. Stephanus Porrecta ait: Ex hoc quod veritur in statuam salis datur intelligi quod poena aliorum sunt ad nos de sapientia instruendos apte. Sanctus Prosper: *Vx* lib. 10. de *pradi.* *sancto, quo tendunt proficientes, noxia curiositate* *Caelus se, vtro non debere respicere. Sedulius,*

*Stephan.*  
*à Porrecta*  
*D. Prosp.*  
*lib. 10. de*  
*pradi.*  
*Caelus se,*  
*duo lib. 1.*  
*in Bibl.*  
*vet. PP.*  
*Tom. 5.*  
*part. 3. fol.*  
*405. col. 1.*  
*lit. 4.*

*Opratus*

*Nicol. de*

*Egra. ibid.*

*Abulensi.*

*ibid. fol.*

*Loth Sodoma fugiente chaos, dum respicit uxorem suam, in statuam salis transfusa remansit.*  
*Ad poenam conversa suam, quia nemo retrorsum.*  
*Noxia contempti vitans, discrimina mundi respiciens sal vultus erit, nec debet arator. Dignum opus exercens vultum in sua tergare ferro.*

Opratus Millevitanus, & divus Pater Augustinus: *In saltem conversa hominibus fidelibus quoddam presbitu condimentum, quo sapant aliquid, unde illud cavetur exemplum.* Nonnulli Hebraei à Lyrano ac Abulensi creati asserunt, uxorem Loth, dum Angelos, quos peregrinos censebat, ad se divertere vidisset, non velut maritus, qui paratissimo animo hospites recipiebat, sed illibenti animo eos admisisse, cum nil molestius ei, quam hospites recto recipere accidere posset. Interim Loth, mensam intruente, fetu-la parante, ipsa sal subduxit, ut hospites ex misibus, dapidus inconditis & insipidis, quam ingrati hospites essent, colligerent nec denuo redirent. O quam exiguam charitatem monstrat hæc femina; nulli rei non solum applicare manum voluit, sed & sal ne cibi condirentur abscondit. Agendum, ait Deus, *sale peccasti, sale te plecto.* *Verja est in statuam salis* Hæc verba Hebraicè sunt: *Loth pite si salin condimentum ciborum dare noluit, scilicet gentilitio hospitibus, odiosè notato, saltu est responso scilicet verjam esse in statuam salis, ut in quo essendu puniatur. Idem confirmat Abulensis. Quare autem versa sit in statuam salis,*

*dicunt iudæi causam esse, quia peccasti, nisi in 10. salis peccaverat: quia Loth pite, sal ad condimentum epulas hospitum, non dedit: ipsa enim, sicut dicitur, de rationem Sodomorum inter quos habitaverat, ipsa pitaltem non diligebat. Et hoc modo dicitur de dedit, esse vigiliam ponere est experta.*

10. Auditores & Scripturæ fastidium il- lum successum, qui duobus filiis Aaronis Nadab & Abiu evenit reco demini. Hi thuribula gestantes ante sanctuarium divina majestati inceduntur consilitebant, sed statim ignis accenditur, eosque invadit, ac perimit. *Arripit Nadab, & Abiu filii Aaron thuribula posuerunt ignem, & incensum, desuper offerentes coram Domino, ignem autem, quod eis præceptum non erat. Egressi sunt à Domino, de voravit eos, & mortui sunt coram Domino.* Deliquisse hos sacerdotes in hoc, quod alienam ignem offerrent, Scriptura recenset, sic etiam Iulianus. Hic exprimitur causa specialis, propter quam puniti sunt, scilicet quia ignem alienum obtulerunt, non igitur potest stare, quod fuerunt combusti, nisi quia obtulerunt ignem alienum. *Et ipsa positio communis, & necessaria secundum litteram. Igne itaque peccant, igne etiam cæci geatur. Est autem, verba sunt à Abulensi, *ius factum ut ipsi cremati essent igne, qui erant in Altari, nam per quos peccati sunt, torquari debet; hi autem peccaverunt in igne Altaris, ad cremandum incensum coram Domino, & acceperunt de igne alieno, id est, dedit ignis Altaris eos punire.* Et divus Joannes Chrysostomus lib. 1. *Acti. 17.* *Dum contamine extremo igne alieno præsumunt, ipsius Altaris consuetudinem invidiam sumerent de sacrificio panem, qui fecerat de preparatione peccatum.**

11. Deus Pharaonem obstinatum in non dimittendo populo videns, Moyse ac Aaroni cineres è fornace acciperent, eosque per arenam spargerent, qui plagas, & ulcera producerent, quibus non solum homines, sed & animalia affigerentur præcepit. *Et dixit Dominus ad Moysen, & Aaron, tolle plenas manus cineres de fornace, & spargas illas in calorem coram Pharaone.* Cur hi cineres debeantur sumi de camino. Lyranus inquit. Hos cineres ex se non habuisse, hæc virtutem certum est; Deus is velut instrumentum uti voluit; sed annon erat alius modus? an media divina justitiae deceret? non. Sed quia Hebraei ab Ægyptis absque quiete, laboribus in fornace ignem fervendo, jactes pro adificis con- quendo dire habebantur. Ideo Deus torquendos Ægyptis medium nullam congruentius, quam cineres illarum fornacum, in quibus miseri

illudire fatigabantur, & angebantur judicavit. *Contra autem Lyranus, accipi sunt de camino ardenti, & correptionis plagas ista culpa. Aegyptiorum qui affecerunt Hebraeos in decoctione laterum ignis ardentis eandem rationem affert: Oleaster: Laborare fecerunt Aegyptii filios Israel in decoquendis lateribus in furnis, nunc vero furni illa fornax discernantur.*

12. Quae lo vos, haec eandem Scripturam alia ponderatione observemus. Effectus horum circumstantiarum lacere ac facere membra Aegyptiorum erat, & quaecumque suo tactu intolrabili dolore torquebat. Nec alia causa hujus afflictionis, quam justum Dei judicium assignari potest. Nam velut cruciabantur Israhelitas, eoque indifferenter neque incessanter, absque ulla pietate, plagas, voluta insingendo, carneque discerpendo torquebant, sic divina majestas eosdem effectus, quos habuerunt virga in membris Hebraeorum, etiam in canibus Aegyptiorum producerent, voluit. Ergo pro vitiis pustulas, & disruptionem carnis pro acris, & concussa carne apostemata, & vitia in carne, & qui Hebraeos gravi verberare atrociter nunc praevulere, & furunculosum acerbiter non laborare, non ambulare, non stare, non jacere quidem sine dolore gravi, aut requiescere permittantur.

13. Gravi supplicio Deus in Aegyptio delatavit, quando Aaoni, ut percutiendo virga aquas Nili in vi, eandem in sanguinem mutaret, commisit. Tolle virgam tuam, & extende manum super aquas Aegypti, & super fluxus eorum, ut vertantur eis sanguinem. Sed si vindictam meruerunt, cur eos nec subita non amplius? cur in eos non miseretur? Qui Pharaonem solio excuteret, & subditos inimicis manipes redderet: ad imperium Pharaonis Aegypti Nilo omnes primogenitos Hebraeorum submergerent. A qua, quae ad tyrannam crudelitatem deservit, ea eos private voluit, ac eorum defectu eos castigavit. *Adverte, aut Oleaster, etiam quomodo per ea, quae quis peccat, reprobatur: peccaverunt Aegyptii, aquas fluminis inquinavit, & submergenda sunt eorum, & i illo voluit. Dominus quod ab aquis punirentur, bibendo sanguinem pro aqua.*

14. Illius supplicii, quo propter David in Israhel Deus animadverit peccitatis scilicet, quae circumstantia sustulit recordemini, Sacet textus occidit ad numerum redigens ait: *Ceciderunt de Israhel septuaginta milia virorum.* Estne possibile nec plures, nec pauciores fuisse interemptos? Circa, & Hebraeorum Rabbini rem singularem observant, & aiunt: De omni populo sex milia universalia Hebraei affirmant, quot milibus

numerus in Paralipomenon scriptus est. Quae verba quidam gravis Author sic Hispanice commentatur, quae Latine sic reddo. Divinum supplicium mediocritatem servavit, dum non plures occidit, quam imprudens curiositas principis numeravit, ut mysteriosa proportio & congruentia haberetur inter correctionem & culpam, & Deus eadem via qua offensus erat, eos puniret.

15. David hostis sui capitalissimi Sauli perfectionem declinans, in specu quadam, quae & Saulem ingredi conripit delitescerebat, David tacite, ac paulatim adserpit, & inadvertenter oram chlamidis abscondit: *Surrexit ergo David, & praecidit oram chlamidis Sauli sicut.* Hac ratione, quod qua opera vestimenti limbam praecidit, eodem & cum jugulare potuisse demonstrare voluit. Nihilominus expostores Davidem hoc factum peccasse affirmant, & ipse remorsum conscientiae sentiens errorem agnovit. *Posthaec percussit cor suum David, eo quod percussisset chlamidis oram Saul.* Nunc quae pena ab ipso repetita audiamus. Aetatem ut atrigir provexam, nullo tegumento cum calcetri potuisse legimus. Me hercle res, quae de nullo alio legitur, & experientia docet quemlibet senem Davidem annosorem vestibus laneis calerem recipere. Cur ergo & eandem virtutem non ostendat in Davide? *Cumq; aperiretur vestibus non calefuit?* defectus non fuit vestium, sed divinae justitiae, quae adolescens praecidendo vestes peccarat, senem castigare voluit. Hanc opinionem G ossa ordinata adducit: *Dicunt Hebraei quod David circa mortem suis percussit in simili scilicet in vestibus, quibus operiunt non calefuit.*

16. Quot parentes an nosi lamentantur, & deplorent filios pravos, dissolutos, solui deditos, immorigeratos, pessimos, a quibus maximis injuriis afficiuntur, a quibus pane doloris sustentantur, quique in nullo eorum voluntati obsequuntur, & sunt tam impii, ut minas iis intentare audeant, & parentes sibi obsequantur, volunt? sed vos ipsos desistere potestis, tales olim vos ipsos percussit exhibuistis, simili ergo moneta vocis Deus rependere vult.

17. Domo illa quidam morbo certo decumbit exomologest, ac viatico se munire vult, Servus Religiosum vocat, ut auxilia spiritalia praestet, ac charitatem exhibeat: sed sacerdos nullus reperitur, religiosus nullus comparat, vix ab Ecclesia, ac domo absunt, & in hac necessitate urgenti nullus reperitur? id Deo sic permittente fieri creditote. Sanus plures annos absq; confessione, & sicut

1. Reg. c. 14

1. Reg. c. 1.

Gl. ord. ib.

G g 2 & s.

Handwritten notes in the right margin, including the word "licub" and some numbers.

& sacramentis transmittentibus; religioforum iustis-  
 timus hostis erat, eos publice traducebat, ac  
 lacerabat. Nunc cum eorum opera egeat, nullus  
 invenitur, qui sacramenta admittat, sine qui-  
 bus dum defungitur, Deus scit, ubi anima degat.  
 18. Divitem quendam adeo immitem erga  
 pauperes fuisse Pratum Floridum narrat, ut aures,  
 ne stipem postulantem perciperent, obruraret. Natura  
 debitum solvit, ac corpore humato, dum  
 religiosi iusta perfolventes: *Requiem aeternam,*  
 &c. intonat, crucifixus tumbæ proximus manus  
 dissolvit, ac aures ne orationes, & preces reli-  
 giosorum penetrant, obfirmat: & sic Deus ean-  
 dem monetam rependit. Sane illud Prover-  
 biorum verificatur: *Qui obrurat aurem suam à  
 clamore pauperis, & sic clamabit, & non exaudietur.*  
 Si eadem mensura tibi Deus non vis remetiatur,  
 oculos ad tuas preces ocludendo, dum morti vi-  
 cinius ignoscenciam culpæ petes, nunc pauperi-  
 bus Christi subsidium elemosinæ rogantibus  
 non solum aures, sed & viscera pietatis pande  
 & quiesco.

Part. 2. c. 3

ALTERA PARS.

9. Nunc verum est, serveritatem cœli in flem  
 mediis pueri, quibus ejus potentiam of-  
 fendimus. Instrumentum nostrorum scelerum sit  
 virga suppliciorum. Lucif rē cœlo decuratur,  
 ac æternis pœnis addicitur. Iustus siquē Deus dis-  
 ponit, ut flagella vindictæ cum eis ordinem natu-  
 ræ non observent, qui eundem sunt transgressi,  
 sic ut æternitas eos ibi jugulet, ac mors conservet,  
 nec mors finem timori, nec æternitas spei prin-  
 cipium det. Et quia cogitatione in imo ratari  
 veriamur, supplicia damnatorum confidete-  
 mus, quod ibi *fletus & stridor dentium* à Salvato-  
 re habemus; continuo plorabunt, ac præ frigore  
 dentibus stridebunt. Ludolphus à Saxonia or-  
 tum harum qualitarum assignans ait: *Fletus ex  
 calore dissolvente, & stridor dentium ex frigore con-  
 stringente.* O quam bene Deus vicem rationis red-  
 dit? in amore Dei figurerunt, & stridore den-  
 tium pœnam à frigore causatam produunt. *Stri-  
 dor dentium ex frigore constringente.* Fuerunt ser-  
 ventes in concupiscentiis, & ideo: *Erit fletus ex  
 calore dissolvente.* Et Dionysius Carthusianus ait:  
 in c. 8. D. *Certum est quod fletus & stridor dentium non sint  
 corporales in substantiis spiritualibus sicut ani-  
 mabus separatis, neque de moribus, sed ante diem ju-  
 dicis est in eis fletus interior, id est summa tristitia,*

Matt. 5. 8.

Lud. Carr. p. 1. c. 64.

Dion. Carr. in c. 8. D. Matt. art. 16 fol. 31.

quæ actus est interna voluntatis. Et demum stridor, id est interior viscerum horrenda concussio qui est actus Phisicus, & externus, quo Dei offenserunt. Post diem vero judicii erit in hominibus eodemmodi stridor dentium corporalis ex frigore infernali, quoniam ibi unus calor nixio ad aqua nixium.

20. Hæc omnia tormenta pœnæ exteriores vocantur, Projiciuntur in tenebras ex terrenis. Et hoc forsitan, ut dicit Angelicus Quatuor inveniuntur taliter alienati à Deo, qui est lux vera, Sed doctus magister Celada ait, maximam partem criminum in tenebris noctis committi, ut ergo pœna correspondeat culpæ: *Ejiciuntur in tenebras exteriores, qui in tenebris sumserunt gaudia, tenebras inveniant, qui in tenebris acerbissimos cruciatus accipiunt: illi tenebre, quæ tibi modo solatia ministrant, aterituum vitæ, vitæ materiam ministrabunt.* Et ibi erit *fletus & stridor dentium*, ait D. Gregorius, ut ille dicitur strideant, qui de edacitate gauderant, illic oculi defleant, qui hic per illicitas concupiscentias verberantur, quatenus singula membra septuaginta quæ hic singulis quibusque viciis subjacta stridebant.

21. Nunc è tenebris æternæ noctis ad claritatem lucem diei emergamus. Saeculo sacerdoti Zachariæ in templo Altari incensanti Archangelus Gabriel apparuit, ac ei ortum Johannis nuntiavit. *Elisabeth uxor tua pariet tibi filium.* Sed sanctus vates se & uxorem suam ætate jam provecctos esse sciens, à tunc se sterili fierem tam insignem non posse produci credidit. Hinc replicavit: *unde hoc sciam ego enim sum senex, & uxor mea processit in diabus suis.* Et D. Dionysius Carthusianus dicit: *Hæc locutus est Zacharias dubitans, quia non ad Dei omnipotentiam, sed ad naturæ cursum, naturalemque ordinem, & consuetudinem respexit.* Angelus incredulitatem privatione loquelæ castigavit. *Eris tacens, & non poteris loqui.* Sed cur non potius æcitate, vel simplicitate compunivisset, ut eum edemittit lingua? lingua sola verbis Archangelus refectus fuit, illa sola contradixisse videtur, ergo illa plestat. Ecce in Chrysostromo inquit Gabriel Zachariæ, erit tacens, & non poteris loqui linguam tuam, quæ ad verbosum mesuram distulit, utam suam præstitit effectum, sed nam sua microdinitatis: Et ideo erit tacens, ut quod dicitur quo hæc fuerit, & non poteris loqui.

22. Unquamne audivitis, vel legitis, quæ in regno occubuerit illa puella saltatrix, quæ in reggia, dum ob natalem Herodis convivium mullaretur, saltavit ad Nicæphorus Callistus recubuit.

Tempore hiemali, dum rigor anni campos duré habet, dum floribus terram, frondibus arbores erant, dum lacus, stagna, fluvii congelantur, ac lubricos passus siliant, dum agros nives operiant, puella illa ad agros venatione se oblectatur, nepergere de crevit, sine dubio feras ex vestigiis avi impressis deprehensa sperans. Ope se accingit, lacum congelatum, ac nive operante vult transire, credens esse plantitum, & dum in medio lacus esset, glacies pedibus subtrahitur, submergitur, & dum collatenus voragini illi immergeretur, duæ partes collum strangunt, & ac se essent duo riores illud præciderunt; corpus fundo lacus demergitur, & collum in summam te glaciæ hæsit. Sed quodnam est hoc infortunium huius infelicis puellæ: non infortunium, imò potius iustitia divina fuit. Innoxio præcursori verticem avelli procuravit, idèd alia morte occumbere, vel alio supplicio quàm decapitatione è medio tolli non debuit. Nicephorum addico: *Etia saltatrix raris facti obitus; eundem equo quomam brumali tempore erat, & fluvius trajiciendus, qui cum glaciæ consuetus coagmentatusque esset, pedibus eum transibat, glaciæ autem ruptæ, idque sine Dei numine, demergitur illa statim capite tenus; & inferioribus partibus corporis laesivis, mollisque se movens saltat non in terra, sed in undis: caput verò sceleratum sibi ere, & glaciæ concretum deinde etiam convulsum, & à reliquo corpore, non ferro sed glaciæ crassius refectum, in glaciæ ipsa saltationem leihabens exhibens, quæ spectaculo omnibus præbito, in memoriam ea, quæ fuerat peccatrix, revocatur. Quotquot adertant, concluderunt, benè ei sit, alia mors conferenda non fuit, aliam vindictam à caelo expectare non debuit, cum millies compertum sit illud, quod Lex ait: Qui mortem facit, mortem delicti pati. Non solum quoad substantiam, sed etiam quo ad modum, ut in hac puella videtur est.*

17. Plures peccantes à Deo non solum eodem modo, eodem instrumento, sed etiam tempore quo deliquerunt, poeniti observant. Genadius Constantinopolitanus Patriarcha narrat, Græcos factis Pentecostes die Spiritui Sancto dedicato à Saracenis esse subjugatos. Nec sine mystico, quia forsitan processionem Spiritus S. à Parte, Filioque negabant. Sic scribit Genadius: *Hinc in die Pentecostes, scilicet in festo Spiritus Sancti conveniunt in possessionem.*

